

**www.e-rara.ch**

**Familiarum naturalium regni vegetabilis Synopsis monographicae seu enumeratio omnium plantarum hucusque detectarum secundum ordines naturales, genera et species digestarum, additis diagnosibus, ...**

**Römer, Max Joseph**

**Vimariae, 1846-1847**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-97092>

Fasc. III.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Familiarum naturalium regni vegetabilis

# Synopses monographicae

seu

Enumeratio omnium plantarum hucusque detectarum secundum ordines naturales, genera et species digestarum, additis diagnosis, synonymis, novarumque vel minus cognitarum descriptionibus

curante

**M. J. Roemer.**

---

Fasc. III.

**R o s i f l o r a e.**

---

**Vimariae.**

Landes-Industrie-Comptoir.

1847.



L'analyse chimique des végétaux

# Synopsis monographica

1847

Énumération de toutes les plantes médicinales, avec leurs propriétés, leurs usages, et les maladies auxquelles elles sont employées. Par M. J. Boissier.

Paris

M. J. Boissier

Part III

Boissier

Vimariae

Leclercq-Compagnie

1847

Synopsis monographica

**Rosiflorarum**

familias naturales

**Amygdalacearum et Pomacearum**

continens

secundum genera et species digestas.

---

Synopsis monographica

Revisio

familias naturales

Amphibalarum et Pomacearum

continens

secundum genera et species digestas



x) Professor Oken in his *Naturphilosophie* remarks that the apple is the only fruit that unites really nutritive qualities with a cooling refreshing flavour, and he considers Pomaceae as the highest developed form of Dicotyledonous vegetables.

I do not profess to defend this opinion, or the truth of his observation, but as he seems to receive willingly all testimony and authority that can be construed in favour of his views, - quoting the appearance of the burning bush to Moses in support of some ideas respecting the preëminence of red amongst colours, - I imagine he might attach some weight to the following verse. "As the apple tree among the trees of the wood, so is my beloved among the sons."

12/9/57.

H. J. H.

Song of Sol. II, 3.

Professor Owen in his Naturopathic  
 remarks that the apple is the only  
 fruit that unites really nutritive  
 qualities with a cooling refreshing  
 flavor, and he considers it as  
 in the highest developed form  
 of dicotyledonous vegetables.  
 I do not profess to defend this  
 opinion, or the truth of his  
 observation, but as he seems  
 to receive willingly all testimony  
 and authority that can be con-  
 sidered in favour of his views,  
 quoting the appearance of the  
 burning bush to Moses in support  
 of some ideas respecting the  
 preëminence of red amongst  
 colours, - I imagine he might  
 attach some weight to the following  
 verse. "Is the apple tree among  
 the trees of the wood, so is my  
 beloved among the dove."

King of Brit. II. 3.

~~W. H. W.~~

12/12



## Introductio.

Rosiflorarum classis, cujus in tertio hoc fasciculo partem synoptice proponimus comparatam, non modo secundum formarum suarum elegantiam symmetriamque inter universi regni vegetabilis classes maxime mentem capit et attrahit, sed etiam, quod attinet ad commoda, rebus domesticis praesertim allata, adnumeranda est notatu dignissimis, ut et alterâ ex parte ob physiologicam evolutionem morphologicamque inter perfectissimas obtinet locum et cum Leguminosarum classe vastissimâ omnino quo par est jure in dispositione plantarum trium naturali Dicotyledoneis est anteponenda vegetabilibus.

Cl. *Meisner* (gen. pl. vasc. 101.) eam ordinem Rosacearum habitam in octo: Chrysobalanearum, Amygdalearum, Spiraeacearum, Dryadearum, Sanguisorbearum, Neuradearum, Rosearum et Pomacearum, dividit tribus; cl. *Endlicher* (Ench. bot. 635) eam, justiore sane ratione, classem habitam, in quinque: Pomacearum, Calycantheorum, Rosacearum, Amygdalearum et Chrysobalanearum, ordines vel familias, et ordinem Rosacearum iterum in quatuor subordinis: Rosearum, Dryadearum, Spiraeacearum et Neuradearum sejungit, quorum maximus, Dryadearum, rursus in sex tribus disponitur: Dalibardeae (quae tribus nostrâ opinione a genere vastissimo eam pro maximâ parte formante melius nomine Rubearum erit significanda), Fragariaeae, Chamaerhodeae, Sanguisorbeae, Cercocarpeae, Eudryadeae. Classi toti hunc communem tribuit characterem:

Herbae, frutices v. arbores, foliis sparsis aut rarius oppositis, simplicibus v. saepius compositis, stipulis saepissime petiolo adnatis, rarissime nullis; floribus regularibus, calyce libero aut rarius cum germine connato, aestivatione valvato, corollae petalis calyci insertis liberis, staminibus plerumque indefinitis, germinibus pluribus, rarissime solitariis, liberis vel inter se et cum calyce coalitis, uni — multiovulatis, fructu nucamentaceo, drupaceo, baccato v. rarius folliculari, mono—polyspermo, embryo exalbuminoso orthotropo.

Sagaci cl. *Kirbyi* quinariae omnium trium naturalium dispositionis ideâ, in aliâ scientiae naturalis parte summo explicatâ successu, in hanc plantarum classem adhibita, ad quod quinque ordinibus ipsis prae aliis adducit, Pomacearum, Rosacearum et Amygdalacearum ordines hujus classis typici, Chrysobalanearum Calycantheorumque aberrantes essent appellandi. Rosacearum ordo tum in quinque iterum dividendus esset



subordinates, Sanguisorbeis (Agrimoniâ forsan exceptâ) cum Dryadeis conjunctis jam externo suo aspectu tantam offerentibus declinationem, ut earum cum Dryadeis conjunctio coacta dicenda sit: in his Roseae, Dryadeae, Spiraeaceaeque tum typici, Neuradeae Sanguisorbeaeque essent aberrantes. Dryadeae item tum in quinque dividerentur tribus, quarum Rubeae, Fragariaeae atque Eudryadeae valeret typici, Chamaerhodeae Cercocarpeaeque habendae essent aberrantes. — Quae dispositio maxime nobis videtur naturalis. Numerorum vero rationes in mundo universo gravissimum obtinere locum, et in dispositione corporum naturalium organicorum nostri planetae concinante sine ullâ dubitatione non minus esse valituras, quam in distantis mutuis motibusque astrorum, ii, qui plurium rerum naturalium perscrutatorum experimentis, in numerorum rationibus non mutandis systema collocandi naturale, inter quos praeter Kirbyum clarissimi viri *Oken* praesertim, *Elias Fries* et *Kaup* memoratu sunt digni, adimere gravitatem eaque reddere deridicula, dederunt operam, secum revera non consideravere.

In quâ vero dispositione, ut naturam in externis positam formis imitamus, et legis momentum adhuc quidem obscurae, sed tamen jam evidentem manifestatae distributionis geographicae est demonstrandum. Plantarum ad hanc classem pertinentium species secundum geographicae suam habitationem comparandi operam non fugiens partem earum longe majorem hemisphaerio septentrionali et temperatae quidem propriam esse zonae, et pro ratâ parte paucas inter tropicos crescentes provenire in stationibus, quae secundum relativam suam super aequora elevationem regionibus temperatis pares sunt censendae, inveniet. Solâ vero plantarum geographiâ proxime respectâ inter boreale hemisphaerium et australe contrarium est memoratu dignum, plantarum familias in hoc hemisphaerio praevalentes in altero aut numero maxime diminuto, aut in formis plane descendentibus iterum emergi, sed haud raro, ut exemplo illustri confirmant *Proteaceae*, penitus evanescere. In *Rosiflorarum* igitur classe, quum in boreali eas praevalere constet hemisphaerio, familiae, tribus et genera typica praecipue in hemisphaerio quaerenda sunt boreali, aberrantia vero, ut secundum specierum numerum earum longe minima, sub tropicis et in hemisphaerio habitabunt australi, quod revera ita se habet. *Pomaceae*, *Amygdalaceae* *Rosaceae*que essentialiter et imprimis hemisphaerio propriae sunt boreali, et *Calycantheae*, quarum in systemate locus caeterum nondum est perfecte stabilitus, ibidem habent aberrantes; *Chrysobalanee* vero sub tropicis provenientes in formis solitariis etiam in hemisphaerio occurrunt australi. In *Rosacearum* ordine subordinates iterum sunt *Rosearum*, *Dryadearum* *Spiraeacearum*que speciebus longe ditissimae, quorum pars longissime amplior hemisphaerium habitat boreale; item magnae aberrantis *Sanguisorbearum* tribus parti in eodem adhuc regno est patria, et in australi crescentes hemisphaerio *Acaena*, *Ancistrum*, *Margyricarpus*, *Cliffortia*, *Grielum*, habitu plane abhorrente externo, secundum numerum in magnâ manent minoritate\*). Subordine tandem *Dryadearum* spectato, qui universae classis quodammodo centrum habendus est, omnes quinque ejus tribus majorem in partem boreali attributae sunt hemisphaerio, formaeque tantum pro ratâ parte paucae sub tropicis occurrunt et in hemisphaerio australi (ut et genus „*Rubus*“ iis paucis videtur adnumerandum, quae cosmopoliticae verius possunt dici, nisi formae minus notae australes unum

\*) *Sanguisorbearum* familia secundum formam externam geographicaeque distributionem in quinque iterum subtribus accuratissime et exacte definitas potest dividi, *Agrimoniae* (*Agrimonia*, *Aremonia* et *Leucosideam* fortasse), *Adenostomeae* (*Adenostoma*), *Alchemilleae* (*Alchemilla* et *Aphanem*), *Potericeae* (*Sanguisorbam*, *Poterium*, *Acaenam*, *Ancistrum*, *Margyricarpum*, *Tetraglochinem*, *Polylopin*) et *Cliffortieae* (*Cliffortiam* amplectentem), quarum *Potericearum* rursus in formarum cyclum borealem (*Poterii* atque *Sanguisorbae*) et australem (antarctico-neogaenum) evolvitur.



forsan vel plura propria sistunt genera), plures vero arcticas antiqui novique orbis attingunt regiones. Sane quidem normarum harum communium, quae geographicae Rosiflorarum subsunt distributioni, sunt exceptiones; sed partim quoad numerum suum relativum momenti sunt tam exigui, ut universas hasce leges nequeant demovere, partim ad problematicas formas in systemate naturali nondum definite spectant constitutas, ut e. gr. nequaquam cognitum est et perspectum, utrum *Quillaja* e australi orbis novi hemisphaerio propriae cum *Spiraeaceis* manere possint conjunctae, an propriam potius sibi constantem ipsis sistant familiam.

Duas interim *Pomacearum* *Amygdalacearum*que ex hac classe familias in hoc fasciculo tractavimus. Quae familiae quamquam sunt naturalissimae tamen tractatu sunt difficillimae secundum genera ad eas pertinentia et species. Quod attinet ad genera, auctor fere quisque systematicus de hac re propriam suam consecutus est opinionem, quod, qualicumque indulgeat aliquis, latam longamque profecto maximeque intricatam adduxit synonymiam. Quod praecipue accidit in *Pomaceis*, cui familiae idoneus maxime esset cupiendus monographus. Nos in generibus earum describendis doctissimos sagacissimosque *Lindleyum* praesertim atque *Ed. Spachium* sumus secuti, qui in hujusce familiae descriptione procul dubio, quae hucusque tractata sunt, scripserunt optima. Prioris de hoc ordine dissertatio\*) cum excellenti sua *Orchidearum* synopsi certe inter praecleara opera a viro hoc docto egregio in botanice edita primarium obtinet locum, primo intuitu simplicissimam quamvis se offerens et modestissimam. *Spachius*, qui in monographicis suis dissertationibus praeclearis in „*Annales des sciences naturelles*“ generi describendo viam eodem modo sagacem quam originale praescripsit et explicationem quodammodo physiologico-morphologicam ac momentum essentialia in eam recepit, animique intentionem vitae cursui generis in conceptione sua abstracta praecipuam attribuit, in sua *Pomacearum* descriptione\*\*) excellenti quidem monographicas indicavit dissertationes, quae adhuc vero, quantum scimus, nondum prodire in lucem. Interea detectiones nuperrime factae huc immutandi horum virorum systematis aut interclusionum necessitatem provocant et utilitatem; dies enim docet diem, et si cuique botanico, opiniones suas ut proposita saltem licet aperire, et arrogantiae in nos, declinationem interdum nobis sumentes seu immutationem, non conjicietur vituperatio.

Minorem difficultatem generis in *Amygdalaceis* constituenda affert perceptio. Quae *Amygdalus* et *Persica*, *Prunus*, *Armeniaca*, *Cerasus*, *Padus* *Laurocerasus*que sint intelligenda, de eo botanici fere consentiunt omnes, et de hoc modo in diversas discedunt sententias, utrum et quoad harum conceptionum tanquam generum sit excusata separatio. In qua re characteri data generico est respicienda extensio; per se vero horum formarum cyclorum homini ipsi profano accuratissime notorum separatio tot auctorum longe principum exemplo praeeunte vix ullā indiget excusatione, quum tamen postremo, utrum subdivisiones certe necessariae genera, subgenera, sectiones, an quovis alio nominentur modo, parum differat.

Immensam vero difficultatem profectoque haud vincendam in his familiis ambabus accurata speciei constitutio perhibet et definitio. Eae enim partem longe maximam nostrarum amplectuntur arborum frugiferarum, quas in culturae viā in innumeram varietatum lusumque copiam dissolutas esse constat, ut forma primitiva pura in plurimis earum omnino videatur extincta, et ne ullā quidem verisimilitudine, utrum multae ullius speciei pomariae varietates, e. gr. *Mali*, *Pyri*, *Cerasi* etc. ex unā pluribusve primitivis originem ducant speciebus, sit exquirendum. Quae quaestio absque dubio in aeternum non certius explorabitur, quam illa tam saepe excussa, utrum diversae hominum stirpes unī a pluribus hominum paribus ab initio

\*) Transact. of the Linn. Soc. XII. 1. 88—106.

\*\*) Nouvelles suites à Buffon, 5. Livr. Hist. nat. des Vég. Phanérogames II. 49—160.

creatis debeant originem. Quum rebus ita se habentibus sperare nobis non liceat, ipsam perscrutando nos investigaturos esse veritatem, nil nisi in-eunda ratio, quâ quis proxime ad eam possit accedere, relinquit. Quare formas diversas sub certos typos principales criterio secundum universas experientiae leges magis essentiali insignes nomine attributo communi, singuli cujusque opinione species seu formas sic dictas vel varietates habendas, comprehendere tentavimus. Ab opinione enim illorum qui censent, in formarum maxime variarum relatione quam plurima complectente ad ullum typum quam maxime vastum summam litterarum inveniendam esse salutem, aequè ac a sententiâ, in minimâ differentiâ novas species novaque ponenda esse genera, arbitrantium abhorremus. In medio plerumque veritas, et quo quis magis modum in contrarias excedit partes, eo longius ab eâ discedit.

Omnium specierum pomariarum in hoc fasciculo descriptarum varietatum enumeratio aequè inutilis esset et hic non suum haberet locum, ac fasciculi inique adauxisset volumen. Quarum varietatum numerus in nonnullis speciebus complura expleret millia, quum ex. gr. quaeque terra, imo quaeque regio poma colens proprias malorum pyrorumque habeat formas, adspectu quidem recognoscendas et distinguendas, quarum vero discrimina vix verbis essent exprimenda. Ita *G. Don* pyrorum 677, malorumque 1400 enumerat formas, quae plerumque in Angliâ coluntur et Francogalliâ. Quarum numerus additis Germaniae, Helvetiae, Italiae etc. formis certe triplicandus minime adhuc esset completus. Varietates praecipuas tum praesertim, si aliquae systematice comparatae sunt et descriptae, ubique indicavimus.

Hujusmodi synopsis magnas reverâ affert difficultates, si quis aliter ad synopsis ad litteras redactam et secundum certas compositam regulas intendit animum. Quae praesertim in *Prunis* fere *Cerasisque* est vix ac ne vix superanda. Aequè enim crebro auctores sub eodem nomine formas prae se habuere plane diversas et describere, ac sub nominibus diversis formam indicavere eandem. Eo, quod praeterea omnium fere auctorum alius aliud sequens systema ab aliis dividendi profiscitur principiis, haec augetur difficultas, ut saepe ex accuratissimâ quamquam diversi, quod indicaverunt, comparatione rectum certe offendi nequeat et inveniri, nisi quis omnia opera originalia prae se habeat pertinentia. Quare, ut in enumerandis harum formarum varietatibus et describendis huc illuc irreperit error, aut, synonymiâ non plane accurate indicatâ, haec illave forma bis sit citata, potuit fieri. Singulos hujusmodi lapsus, qui aequae est mentis, excusabit eo magis, quo hic agatur de formis, quae culturae producta scientiae inferioris sunt pretii. De quo interea is, quem et haec magis tenent varietates, accuratius opera consulere potest pomologica, quorum celeberrima loco suo sunt citata.

*Chrysobalaneae Rosaceaeque*, faventibus lectoribus incepto nostro idque adjuvantibus, unum *Dryadeaeque* alterum fasciculorum explebunt sequentium. Perfectionem quoad specierum omnium descriptarum enumerationem, cujus defectio plurimis hujusmodi operibus systematicis fieri potest vituperio, quam summam assequendi studium auctor in fasciculis antecedentibus jam satis ostendisse arbitrat.

in ho

Christ =  
 Diel =  
 Dierb. =  
 Dub. ar  
 er  
 Lois. in  
 D  
 J. St. F  
 Lg., Lg  
 Nois. =  
 Pom. au  
 Pom. F  
 Risso =  
 ti  
 Sickl. =  
 Schûbl.



## Opera principalia

in hoc fasciculo citata ad familias arborum fructiferarum  
spectantia.

---

*Christ* = Christ Handbuch der Pomologie.

*Diel* = Diel Versuch einer systematischen Beschreibung aller Obstsorten in Deutschland.

*Dierb.* = Dierbach Grundriss der allgemeinen ökonomisch-technischen Botanik.

*Duh. arb. v. Duh.* = Duhamel du Monceau Traité des arbres et arbustes qui se cultivent en France en pleine terre.

*Lois. in Duh. ed. nov., v. Lois. in Duh.* = Ejusdem operis edition nouvelle par Loiseleur-Deslongchamps.

*J. St. Hil., Jeaume St. Hil.* = Jeaume St. Hilaire Flore et Pomone Française.

*Lg., Lgl.* = Liegel Systematische Anleitung zur Kenntniss der Pflaumen.

*Nois.* = Noisette, le Jardin fruitier.

*Pom. austr.* = Kraft Pomona austriaca.

*Pom. Franc. v. Fr.* = Mayer Pomona Franconica.

*Risso* = Risso histoire naturelle des principales productions de l'Europe méridionale, et particulièrement de celles des environs de Nice et des Alpes maritimes.

*Sickl.* = Sickler, der deutsche Obstgärtner.

*Schübl. & Mart.* = Schübler und Martens Flora von Württemberg.

---

**Opera principalis**

in hoc fasciculo continet ad plantis arborum fructificationem  
apocryphas

Amyg  
Rosace

Bart

**Caly**  
5fid

**Disc**  
**Coro**

caly  
Sp.  
nulla

**Stam**  
defin

**men**  
ther

que  
**Pistil**

plura  
cavit

simp  
**Peric**

mine  
monc

**Seme**  
testa

pellia  
**Embr**

magn  
liacea

**Frutic**  
ramis

nervi  
gland

regula  
foliis

bellas  
**Pedic**

**Amyg**  
**ceis.**

Romer Sy

## Fam. I. Amygdalaceae.

G. Don gen. syst. of Gard. and Bot. II. 481.

Amygdaleae *Endl.* gen. pl. 1250. Ench. bot. 662. — *Spach* hist. nat. des Vég. Phanerog. I. 377.  
Rosacearum trib. Amygdaleae *Juss.* gen. 140. — Trib. II. DC. Prodr. II. 529. — *Meisn.*  
gen. pl. vasc. 101. 102. (72.)

*Barth.* ord. nat. 404. — *Lindl.* Introd. ed. 2. 146. — Drupaceae DC. Fl. Fr. IV. 479.

### Character ordinis.

**Calyx** liber, post anthesin deciduus, tubulosus v. campanulatus, limbo 5fido: laciniis aestivatione imbricatis.

**Discus** laminaris, parietibus tubi calycini adnatus.

**Corollae petala** 5 perigyna, annulo carnosio interdum fere obsolete calycis tubum vestienti (disco) inserta, interpositiva, aequalia (isometra *Sp.*), breviter unguiculata, aestivatione convolutiva, in unico genere nulla.

**Stamina** cum petalis (disci apici) inserta, multiplo eorum numero, subdefinita (plerumque 20) aequalia, omnia fertilia, interpositiva: **filamenta** libera, filiformi-subulata, rectilinea, aestivatione inflexa; **antherae** introrsae, subrotundae vel ovatae, biloculares, locellis utrinque liberis, lateraliter dehiscentibus.

**Pistillum** solitarium. **Ovarium** uniloculare, biovulatum, (rarissime plura, libera *Endl.*, an per deformationem?): **ovula** gemina, ex apice cavitatis collateraliter pendula. **Stylus** terminalis v. rarius sublateralis, simplicissimus, tenuis. **Stigma** capitatum v. subpelletatum.

**Pericarpium**: **Drupa** sarcocarpio carnosio v. coriaceo-fibroso, putamine osseo v. lignoso (rarius quasi suberoso) bivalvi, abortu plerumque monosperma.

**Semen** pendulum, funiculo elongato e basi loculi adscendenti appensum, testâ membranaceâ vel subcoriaceâ. **Perispermium** (endopleura) subpelliculare.

**Embryo** exalbuminosus, orthotropus (rectilineus *Sp.*); **cotyledones** magnae, carnosae, ovatae, integrae, plano-convexae, germinatione foliaceae; **radicula** brevissima, supera; **plumula** manifesta.

### Habitus.

**Frutices** vel **arbores**, inermes v. ramulis spinescentibus armatae, ramis teretibus. **Folia** alterna, simplicia, integra, serrata, penninervia, petiolata, petiolo cum laminâ continuo, saepissime basi v. apice glandulâ depressâ instructo. **Stipulae** liberae, caducae. **Flores** regulares, hermaphroditii (v. rarius abortu unisexuales *E.*), praecoces v. foliis coetanei, gemini v. solitarii, vel in racemos, corymbos s. umbellas dispositi. **Inflorescentia** terminalis v. abortu ramulorum lateralis. **Pedicelli** basi bracteati. **Corollae** albae v. rubrae.

### Affinitas.

**Amygdalaceae** proxime affines sunt **Chrysobalanis** et **Rosaecis**. Ab illis differunt flore regulari, stylo semper terminali nunquam



lateralis et semine inverso; ab hisce fructus indole et foliatiōe. A **Pomaceis** quoque fructus drupaceus longe recedit, habitus sane maxime appropinquatur. Praesentia acidi hydrocyanici quidem hunc ordinem ab omnibus affinis optime distinguit; differentia autem mere chemica vix in characterem erit recipienda.

### Distributio geographica.

Patria plurimarum specierum cultarum ignota est vel incerta, siquidem species humanā indole per zonas temperatas amplissime sint divulgatae. Caeterum fere omnes zonam temperatam hemisphaerae borealis incolunt. Asia media, inclusis Persiā, Arabiā, Himalayanis regionibus, Mongoliā et Chinā boreali, nobilissimarum videtur patria et hucusque e speciebus circiter 180 notis sextam continet partem. Regio mediterranea gerontogaea circiter 15 species certas alit et aequalem numerum China australior cum Japonicis insulis. Europae mediae et boreali 12—15 species forsā, Americae boreali temperatae 30 circiter indigenae sunt, pro maximā parte ex viliori tribu Cerasorum et Padorum. E regionibus tropicis et subtropicis utriusque orbis perpaucae hucusque innotuerunt, 4—5 Indiae orientalis, 5—6 Mexici regionisque Texanae et Floridanae seu mediterraneae neogaeae, pauciores adhuc Indiae occidentalis v. Americae aequinoctialis. Trans aequatorem in hemisphaerā australi nulla fere occurrit, si unam v. alteram peruvianam et brasiliensem adhuc incertam excipias. Regiones arcticae et antarcticae nullas producunt, Pado vulgari, in Lapponiā adhuc crescente, exceptā. Africa australis extratropica (regio capensis), Australasia (species unica nempe timorensis adhuc dubia est) et Nova Hollandia Amygdalacearum omnino sunt expertes. Totus ordo expressione universali inter ordines amphigaeos boreales potest enumerari.

### Vires et usus.

Ordo Amygdalacearum arborum fructiferarum nostratium magnam amplectitur copiam et quidem omnes Drupaceas, Steinfrüchte, Steinobst germanicā linguā dictas, Prunos, Cerasos, Amygdalos, Persicas, Armeniacas. Propter fructus per omnes regiones temperatas et subtropicas, passim quoque tropicas cultae, innumeris fere varietatibus culturā ortis hortos exornant et in multis regionibus vastis plantationibus pomariisque commercii objectum haud minoris efficiunt valoris. Fructus v. drupae nunc nobiliores (Armeniaca, Persica, Amygdali, Prunorum pars), saporis atque formae indole excellentes, dulcedine atque succositate insignes, in regionibus calidioribus v. mediterraneis luxuriant, frigidioris climatis vix patientes, — nunc viliores, minus saccharati, ut plurimum grate nihilominus aciduli, pro parte adstringentes et acerbi vel amari (Prunorum major pars, Cerasi, Padi) in regionibus septentrionalibus quoque vigent et formis nonnullis ad arcticum fere circulum pertingunt.

Praesentia acidi hydrocyanici (Blausäure) praepremis vires plantarum hujus familiae causat. Hoc praecipue in putaminibus druparum sane omnium, in foliis et corticibus juvenilibus plurimum est obvium; illis amaritudinem communicat, quare e. g. amygdala amara pluribus animalibus minoribus lethalia sunt. Ex eodem principio qualitates venenatae derivantur Cerasi capricidae, in Nepaliā capras, quae plantae partibus vescuntur, necantis, et Cerasi (Padi) virginiana, in Americā boreali pro noxiā habitae. Usus quoque satis notus Laurocerasi et aquae e foliis ejus praeparatae eidem substantiae debetur. Praeter hanc Amygdalaceae partim quoque saccharum, tanninam (Gerbestoff) et gummiresinam continent, e truncis vetustioribus effluentem, Tragacanthae similem et ejus loco usitatam. Semina aliarum oleo pingui miti scitent, ut amygdala dulcia. Cerasi Capollin Mexicanorum et C. (Padi) virgi-

nian  
cortic  
purga  
reddu  
porem  
suppl  
string  
et Ce  
Capo  
pluriu  
lubre  
fructu  
aviur  
Silvā  
mercio  
vario

Fl  
tam co  
stingu  
Prun  
sed mi  
ad gen  
mentur  
separa  
Amygd  
separa  
versali  
neribus  
magis  
gacissi  
In  
cimā  
tenent.

l. Pet  
1. 6.  
sessi  
mon  
crass  
Arb  
gerr  
cemia  
fertil  
tis.  
1) C  
am  
m  
pu  
2) C  
Pe  
ren  
2. 5.  
talor

nianae cortices inter remedia febrifuga laudantur. Eadem virtus quoque cortici Pruni spinosae, apud nos vulgatissimae, tribuitur, dum flores purgant, fructus autem maxime acerbi maceratione frigoris tantum edules redduntur. Cortex Padi vulgaris ramulorum juniorum, vere solutus, saporem amarum acrem et odorem amygdalinum perhibet et destillatus aquam suppeditat acidi hydrocyanici instar efficacem; vetustior, principio adstringente amaro repletus, roborans habetur. Folia Pruni spinosae et Cerasi avium etiam Theae loco commendata sunt. Cortex Cerasi Capollin a Mexicanis quoque contra dysenteriam adhibetur. Prunorum plurium drupas magnâ copiâ siccari et humano generi alimentum tam salubre quam gratum praebere constat, et in quâvis regione fere aliâ hujus fructus varietate aut specie hujusmodi utuntur. E nucleis Cerasorum, C. avium inprimis, in pluribus regionibus montanis, in specie in Vogesis, Silvâ nigrâ, Tyroli etc. spiritus (Kirschwasser) praeparatur, commercio in remotissimas terras evectus. Plura de usu Amygdalacearum vario sub speciebus singulis adjungam.

Florum et fructus structura in omnibus Amygdalacearum speciebus tam conformis est, ut vix ac ne vix characteres artificiales ad genera distinguenda reperiantur. *Linnaeus* omnes sub duobus, Amygdalo et Pruno, comprehendit, a recentioribus plura, maxime naturalia quidem, sed minime notis scientificis diversa recepta sunt genera. Habitu hic solo ad genera divellenda botanicos esse usos manifestum est; forma enim, indumentum et superficies drupae seu putaminis in nullo alio ordine ad genus separandum sufficiens est habita. Distinctio popularis, quae Persicas ab Amygdalis, Armeniacas et Cerasos a Prunis sejungit, in hac familiâ locum separationis scientificae obtinuit, quae hic erat omittenda, ne scientia universali linguae usui resisteret. Quamobrem vix vituperandum est, si generibus hisce mere habitualibus aliqua plura subjunguntur, a reliquis magis recedentia, quam quae hucusque condita sunt, et partim jam a sagacissimo *Tourneforti* admissa.

In systemate sexuali omnia Amygdalacearum genera in classe duodecimâ *Linnaei* Icosandriâ et quidem ordine Monogyniâ locum tenent.

### Synopsis generum.

I. **Petala** calycis fauci inserta, interpositiva,

1. 6. **Stamina** 12—40, subaequalia. **Ovarium** sessile, uniloc. **Stigma** peltatum. **Drupa** sicca, monosperma. **Semen** inversum. **Cotyledones** crassissimae.

Arbores **Asiae tropicae**; foliis oblongis integerrimis, basi subtus plerumque biglandulosi, racemis axillaribus et lateralibus, solitariis aut confertis, saepe tomentosis; floribus parvis unibractea-tis. (*Polyodontiae* e m.)

1) **Calyx** tubo cyathiformi, limbo 6dentato, basi annuliformi persistente. **Stamina** 30—40: **filamenta** capillaria. **Drupa** transverse oblonga putamine subreniformi, medio contracto. . . . .

1. **Pygeum**  
*Gaertn.*

2) **Calyx** campanulatus, limbo 6fido deciduo.

**Petala** minutissima. **Stamina** 12—18. **Drupa** reniformis. — Folia exstipulata. . . . .

2. **Polyodontia**  
*Blume.*

2. 5. **Calycis** limbus 5partitus. **Stamina** petalorum numero tripla ad sextupla usque (15—30),



raro plura, rarissime aequalia: **filamenta** filiformia. **Ovarium** sessile; **ovula** 2, ex apice loculi collateraliter pendula, anatropa. **Stigma** integrum. **Semen** inversum.

1) **Calycis** tubus urceolato - subcampanulatus.

**Stigma** capitato-subpeltatum. **Drupa** coriaceo-fibrosa v. carnosa, putamine rugoso-foraminuloso, abortu monospermo.

Frutices v. arbusculae regionum temperatarum calidiorum. Folia stipulata, interdum integerrima, vernatione conduplicata. **Gemmae** floriferae solitariae v. geminae, aphyllae, secus ramos annotinos dispositae; flores subsessiles, solitarii v. gemini, e gemmâ squamosâ ante folia vel cum his erumpentes. (*Amygdaleae m.*) *Amygdalus* L.

(1) **Drupa** pubescenti - velutina (vix aliquando glabra), sarcocarpio fibroso exsucco irregulariter secedente; nucleo osseo, (interdum suberoso et fragili,) rugoso v. laevi, interdum poroso v. sulcato. **Stamina**

a. 20-35 (ut plurimum 30), omnia exserta, calycis faucis inserta. **Calyx** basi haud ventricosus. . . . .

a) **Stigma** capitatum. **Drupa** compressa. — Frutices v. arbores gerontogaeae, mediterraneo-orientales.

**Calycis** tubus

(a) campanulatus. **Pedunculi** fructiferi

a. longiusculi, graciles, plerumque patentes v. cernui. . . . Sect. 1. *Leptopus* Sp.

β. brevissimi erassi. **Gemmae** florales

a) solitariae, nonnisi in ramulis annotinis obviae, nunquam gemmis foliiferis comitatae. . . . Sect. 2. *Spartioides* Sp.

β) solitariae v. geminae; plerumque gemmâ foliiferâ comitatae. Sect. 3. *Euamygdalus* Sp.

(b) cylindraceus, basi angustatus; lacinae limbi glanduloso-pectinatae. Sect. 4. *Chamaemygdalus* Sp.

b) **Stigma** peltatum. **Drupa** globosa. — Fruticuli neogaeo-mediterranei. Sect. 5. *Microcarya*.

b. 10-17, summa (5-10) sola exserta et calycis faucis inserta, caetera (2-10) calycis tubo altitudine inaequali inserta inclusa. **Calyx** (unicâ specie exceptâ) basi ventricosus. — Frutices gerontogaei orientales, ramulis divaricatis spinescentibus, annotinis et veterioribus ramillulos abortivos gemmiparos emittentibus. **Calyx** sub anthesi hypocrateriformis. **Stamina** in calycis fauce . . . . .

a) 10, alterna interpositiva et oppositiva. Sect. 1. *Lycioides* Sp.

b) 5-7, omnia oppositiva caetera inclusa. Sect. 2. *Scorpius* Sp.

(2) **Drupa** velutina v. glaberrima, sarcocarpio carnoso succoso; nucleo osseo valde anfractuoso hinc inde foraminulato. . . . .

2) **Calycis** tubus urceolato - hemisphaericus.

**Stigma** subpeltato - reniforme. **Drupa** carnosa, putamine laevi v. sulcato, nec rugoso-foraminuloso, abortu monospermo.

Arbores vel frutices, in temperatis et calidioribus hemisphaerae borealis obvii, foliis stipulatis, basi saepe glandulosis. *Prunus* L.

(1) **Drupa** carnosa, putamine compressiusculo, ad margines utrinque sulcato, suturis prominulis, alterâ tricarinata, caeterum laevi. — Folia vernatione convolutiva. (*Prunaeae.*)

### 3. *Amygdalus* L.

### 4. *Amygdalopsis*.

### 5. *Persica* Tourn.

II. *Pe*  
Cal  
5ido  
nosio  
tubo  
5 inte  
ellipt  
calyc  
ovul  
lus f

a. **Drupa** extus velutina, subglobosa, **putamine** hinc obtuso illic acuto, subcompresso, nec sulcato nec poroso.

Folia ampla, supra nitida. Flores solitariae v. gemini, subsessiles, secus ramulos annotinos loco foliorum praeteritorum e gemmis squamosis orti, foliis novellis praecociore. . . . .

b. **Drupa** extus pruinosa, glabra, plerumque oblonga; **putamine** compressiusculo, rarius subgloboso, utrinque acuto, laevi v. rugoso, nec sulcato nec poroso, suturis acutiusculis, altera sulco excavata, altera tricarinata.

Flores solitariae v. gemini, fasciculati v. in umbella sessili, secus ramulos annotinos foliorum loco anni praeteriti orti, et ante v. post folia novella evoluti.

Pedunculi

a) solitariae; calyces campanulati; drupae subglobosae. . . . . Sect. 1. Spinus.

b) subgemini v. terni aut fasciculati v. corymbosi; calyces urceolati; drupae oblongae v. globosae pruinosae. . . . . Sect. 2. Prune Griseb.

c) umbellati. Drupae (unica specie excepta) haud pruinosae; putamen vix compressum. Species boreali-americana . . . . . Sect. 3. Chicasa.

(2) **Drupa** carnosae, glaberrima, nec velutina nec pruinosa, subglobosa v. basi umbilicata, **putamine** subgloboso laevi, suturis magis v. minus prominulis. — Folia vernatione conduplicata. Flores albi v. rubri; gemmae floriferae plerumque aphyllae, secus ramulos annotinos loco foliorum anni praeteriti dispositi. (Cerasaeae.)

a. **Calyx** campanulatus. — Flores in pedicellis unifloris e gemma squamosa orti, foliis praecociore vel coetanei. . . . .

a) Pedicelli umbellati; folia brevi-petiolata, cum floribus coetanea v. seriora. Nucleus laevis. . .

Sect. 1. Cerasophora Neck.

b) Corymbi laterales, basi foliati v. aphylli. . .

Sect. 2. Mahaleb.

b. **Calyx** cyathi- v. cupuliformis. — Flores post folia evoluti, e ramo orti, racemosi; racemi

a) terminales basi foliati. — Folia decidua, plerumque membranacea et serrulata. Nucleus rugis exasperatus. Pedunculus communis exinvolucrat.

b) axillares nudi. Folia sempervirentia, plerumque coriacea et integerrima. . . . .

c. **Calyx** tubulosus subcylindraceus. — Gemmae floriferae solitariae, geminae v. ternae, ad utrumque latus gemmae foliiferae. Flores in singulis gemmis solitariae v. gemini, sessiles v. subsessiles, cum foliis coetanei. . . . .

a) Folia subsessilia v. breviter petiolata. Pedunculi brevissimi, (calyce breviores,) rarius elongati. Corolla rosea. Sect. 1. Rhodocerasus.

b) Folia longiuscule petiolata. Pedunculi calycem aequantes v. superantes. Corolla alba. . . . . Sect. 2. Microcerasus.

## II. Petala nulla.

**Calyx** infundibuliformis, tubo cylindrico, limbo 5fido; laciniis ovatis acutis serrulatis reticulato-venosis tubo brevioribus. **Stamina** 24—30, calycis tubo ad faucem inserta: **filamenta** inaequilonga, 5 interpositiva brevissima; **antherae** dorso affixae, ellipticae, utrinque emarginatae. **Discus** in fundo calycis nectarifer. **Ovarium** ovatum, uniloculare: **ovula** 2 e vertice loculi pendula, anatropa. **Stylus** filiformis, glaber. **Stigma** capitato-depressum.

## 6. Armeniaca Tourn.

## 7. Prunus Tourn.

## 8. Cerasus Tourn.

## 9. Padus Mill.

## 10. Laurocerasus Tourn.

## 11. Microcerasus Webb.

## 12. Cerasoides Sieb. & Zucc.



## Synopsis specierum.

### 1. Pygeum.

*Gaertn. fr. 1. 218. — Colebrooke in Linn. Trs. XII. 2. 360. — Endl. gen. 1250. 6404. — Meisn. gen. 102. (72.)*

1. *Drupa subglobosa v. rotundatogibbosa, compressa.*

1. **P. zeylanicum** *Gaertn. l. c. t. 46. f. 4. In Ceylon. Gul-Morre incolarum.*

*Drupa sicciusecula, uniloc. evalvis. Semen exalbuminosum; embryo flavescens, inversus; cotyledones crassissimae, hinc planae illinc convexae, in apiculum terminatae, sub quo radícula supera conica minima sita est. Praeter fructum nil notum est, planta ideo dubia.*

2. *Drupa transverse oblonga, nucubreniformi medio contractâ, lobis subaequalibus, crustaceâ.*

2. **P. acuminatum** *Colebr. l. c. t. 18. — Wlp. Rep. bot. II. 8. — Sprg. S. V. C. p. 193.*

*In regionibus montosis Silhet finitimis, ubi dicitur Ghorma. 5.*

*Arbor magna (ramulis subflexuosis teretibus glabris. Folia breviter petiolata, ovata ad lato-lanceolata (interdum inaequalia) acuminata, integerrima, glabra, nitida, 4—6 poll., 1½—3" lata; petioli semipollicares, infra teretes, supra canaliculati. Racemi longitudine foliis, erecti, simplices, cylindrici: pedunculi quadranguli, graciles, villosi; pedicelli longitudine florum (ebracteati, villosi, sparsi, patentes, 3—4" longi). Flores flavescenti-virides, inodori. Perianthium cyathiforme, 6dentatum, deciduum, ad basin germinis foecundati annulum parvum integrum relinquens, dentibus subulatis (villosum, 3" longum). Petala ovata, villosa (rotundata patentia, 3" lg., 2" lata). Filamenta margini cyathi calycini inserta (petalis paulo longiora); antherae subrotundae. Germen subrotundum, villosum. Stylus filiformis, longitudine staminum. Stigma truncatum. Drupa matura sicca, magnitudine olivae, obscure purpurea. Semen nuci conforme, dorso paulo infra apicem affixum: integumentum simplex, chartaceum. Embryo semini conformis, ochroleucus. Cotyledones crassae, lateribus contiguis planae, externe hemisphaericae, amygdaloidae. Radicula minutissima, conica. (Colebr. et, quae uncis inclusa sunt, ex ic.)*

*Eandem forsân esse speciem cum P. zeylanico, suspicatur Colebr. l. c., sed patria dissuadet.*

### 2. Polyodontia.

*Blume Bijdr. 1104. — Meisn. gen. 102. (72.) — G. Don l. c. 516. (nomine minus correcto Polyodontia.) — Pygeum Endl. l. c. p. p. Praef. VIII.*

*Folia oblonga, integerrima.*

**P. arborea** *Bl. l. c. — G. Don l. c.*

*In silvis montanis Javae. 5.*

*Arbor 30—50 pedalis.*

### 3. Amygdalus.

*L. gen. 619. — Juss. gen. 341. — DC. l. c. 530. — G. Don l. c. 482. — Meisn. II. cc. — Spach Hist. 379. et in Ann. des sc. nat. XIX. 107. (excl. ser. II.) — Amygdalophora Neck. elem. 717. — Amygdalus a. Amygdalophora Endl. gen. 1250. 6405.*

#### Sect. I. Leptopus.

*Spach in A. sc. nat.*

*Frutex inermis dumosus. Ramuli virgati suberecti, annotini et veteriores*

1. **A. pedunculata** *Pall. nov. act. Petrop. VII. 355. t. 8. 9. — Sp. II. cc. 382. 113\*). Ledeb. Fl. ross. II. 2.*

\*) In citato cl. *Spachio* numerus primus indicat paginam correlativam in „Hist. nat. des Vég. etc.“ secundum in „Ann. des sc. nat.“ volum. XIX. — Ubi species enumerata in

ramillis (!) abortivis gemmiparis copiosis instructi. Gemmae florales modo geminae et gemmâ foliari interpositâ comitatae, modo solitariae et altero latere v. utrinque gemmâ foliari comitatae, modo (at rarius) geminae v. ternae absque comitante gemmâ foliari. Folia glabra v. pilosiuscula breviter petiolata, floribus coaetanea, ramillularia fasciculata. Stipulae foliorum turionalium persistentes. Calycis laciniâe parce serrulatae v. fimbriolatae.

Ramuli novelli puberuli; folia lanceolato-oblonga v. oblongo- aut ovato-lanceolata, serrata v. crenatodentata; discus margine tomentosus; drupae ovato-subglobosae acutae incano-pubescentes, putamine acuminato eforaminato laevigato carinulato.

## Sect. II. Spartioides.

Sp. in A. sc. n. 107.

Frutices inermes habitu Spartii monospermi (orientales). Ramuli erecti v. suberecti, stricti, virgati, omnes (v. saltem plerique) ramillis gemmiparis orbati, cortice (simul ac ramorum) viridi. Folia tenuia, subsessilia, glabra, floribus seriora, omnia v. saltem pleraque sparsa. Stipulae deciduae.

Folia

1) spatulato- v. lanceolato-oblonga eroso-crenulata serrulatae, (rami ramulique angulosi,

(1) subfastigiati), acuminulata; drupae ovoideae, acutae subcompressae glabriusculae; putamen acuminatum eforaminatum exsulcum laevigatum carinulatum.

(2) folia obtusa mucronata; drupae subglobosae mucronatae incano-puberulae; putamen ecarinatum eforaminatum laevigatum vix compressum.

2) . . . . .; rami ramulique teretes subfastigiati; drupae ovoi-

A. Pallasii Turcz. pl. exs. (olim.)

In Sibiria orientali pr. Irkutsk ad Angarâ ripas, ad Selengam in Dauria; in hortis Chinae borealis frequenter culta. 5.

Arbustula ramosissima, 2-3-pedalis, ramis patulis, cortice laevi fuscescente. Folia vix pollicaria, obovato-cuneata, saepius retusa, subtus pilosiuscula, argute et profunde serrata, basi integerrima. Pedunculii calycis tubum subaequant, demum superantes. Flores parvi, petalis albis lanceolatis.

Bunge (En. pl. Chin. bor. 96. 126.) sequentes enumerat varietates, in hortis chinensibus cultas, omnes fructiferas:

a. simplex, floribus majoribus, foliis junioribus pubescentibus.

β. multiplex, floribus maximis pulcherrimis rosaeformibus multiplicibus.

γ. polygyna, floribus polygynis multiplicibus, petalis abbreviatis.

2.A. spartioides Sp. A. sc. n. 1. c. 108. — Wlp. Rp. II. 907.

In Libano, Mesopotamiâ et Persiâ. 5.

3.A. arabica Oliv. voy. III. 460. t. 47. — DC. l. c. 530. 1. — G. Don l. c. 482. 1. — Sp. II. cc. 384. et 108. — Wlp. l. c.

In deserto arabico-syrico ad Euphratem. 5.

Ramuli rigidi, speciem fruticulo genistoideam praebentes. Folia parva, glaberrima, subsessilia, (lanceolata Sp. in V. Ph., oblongo-linearia crenata DC.). Drupas Sp. l. c. ovali-ellipticas acuminatas glabras, DC. ovato-globosas breve obtuseque acuminatas dicit: sarcocarpium tenuissimum; putamen volumine Avellanae, ellipsoideum, mucronatum, osseum (porosum Sp. l. c.), hinc rotundatum, illine subcarinatum.

4.A. scoparia Sp. A. sc. n. 109. — Wlp. l. c.

In provinciâ Laristan Persiâe australis. 5.

uno tantum v. altero opere occurrit, illud litteris „V. Ph.“, hoc „A. sc. n.“ significatur.



deae, acutiusculae, vix compressae, tandem glabriusculae; putamen mucronulatum, laevigatum, subexsulcum, eforaminatum, obsolete carinulatum.

### Sect. III. Euamygdalus.

*Sp. l. c. 114.*

Arbores vel frutices. Ramuli saepissime divaricati, annotini et veteriores ramillulis abbreviatis v. abortivis gemmiparis instructi. Folia floribus seriora, ramillularia fasciculata. Stipulae deciduae. Sepala integerrima.

#### I. Ramuli mutici.

##### 1) Arboreae. Folia

(1) oblonga v. oblongo-lanceolata, acuta v. cuspidato-acuminulata, longe petiolata, glabra, serrata v. crenulata; drupae ovales v. ovatae, compressae, acuminulatae, incano-velutinae; putamen foraminatum laevigatum carinatum. Rami subdivaricati. Flores solitarii; petala

a. calycem aequantia; serraturae foliorum basiales eglandulosae, petioli crassi glandulosi; putamen crustaceum acuminatum compressum profunde sulcatum suberosum fragile.

5. *Amygdalus fragilis* Borkh. — Heller Fl. Wirceb. I. 500. — Nois. Jard. fruit. t. 3. f. 2. — *Sp. V. Ph. 380.*

A. dulcis Mill.

A. amygdalina Oh.n.

A. communis L. p. p.

A. communis  $\gamma$ . fragilis (floribus coeta-neis, petalis latioribus valde emarginatis, foliis brevioribus, petiolis crassis, fructibus acuminatis dulcibus, putamine molli) DC. I. c. 531. ad 4. — *G. Don* I. c. 482. — *Sp. A. sc. n. 115.* — *Wlp. l. c. 909.*

Amandier des Dames *Duh.* arb. ed. IV. 113. In Oriente; in Europa australi frequens culta. 5.

Nom. vernac.: Coque molle, Amandes en coques gall., Mandorle in scorza molle Ital., Krachmandel, Jordansmandel, Prinzessinnen-, Damen-Mandel germ.

Folia brevia, conferta. Flores magni, albo-rosei (carnei, basi purpurei *Rchb.*). Stylus lanatus, staminibus interioribus longior.

Cl. *Dierbach* \*) sequentes indicat varietates:

a. macrocarpa: testâ maximâ serotinâ laevi.

A. communis  $\delta$ . macrocarpa (foliis latioribus acuminatis vix cinereis, pedunculis brevioribus turgidis, fructibus majoribus umbilicatis apice acuminatis, putamine duro). DC. I. c. — *G. Don* I. c. — *Bot. Rg. t. 1160.*

Amandier à gros fruits. *Duh.* I. c. 112. — *Nois. l. c. 7. t. 3.*

A. communis maximus (a) *Risso* hist. nat. de l'Eur. merid. II. 325. \*\*) (fructu maximo subrotundato acuto friabili; amygdalâ dulcissimâ).

*Sickl. Obstg. XVIII. t. 5.* (major.)

\*) Oekonomisch-technische Botanik, citabitur = *Dierb.*

\*\*) Citabitur: *Risso* II. et pag.

Flores albo-rosei, magni, ante folia erumpentes, petalis late obcordatis undulatis.

\* Fructu minore. Amandier Sultane, Sultans-Mandel.

\*\* Fructu minimo. Amandier Pistache DC.

β. rugosa: testā magnā ovatā rugosā. *Pom. Franc. I. 68. t. 5.*

γ. elongata, lange Krachmandel: nucleo maximo, longo acuto.

A. comm. elongata: fr. maximo elongato depresso acuto friabili; amygdala dulci. *Risso l. c. 326. 10.*

Arbor magna, grandifolia, Jan. florens.

δ. sphaerica, runde Krachmandel: fructu maximo subrotundo, nucleo dulcissimo.

ε. Pistacia, Pistacien-Mandel: fructu magno subrotundato friabili, amygdala dulcissima. *Risso l. c. 11.*

Insignis ramis numerosis, foliis parvis, putamine tenerimo, sapore Pistaciae.

ζ. serotina, späte Krachmandel: fructu medio glabro friabili; amygdala sapida tarda. *Risso l. c. 325. 7.*

Arbor maxima, foliis brevioribus, fructu cinereo in apice ramorum conglomerato. *Fl. DC.*

η. tristis, Trauermandel: fructu magno oblongo subcorymboso, cortice (putamine) tenui, amygdala dulcissima. *Risso l. c. 8.*

Arbusecula ramulis pendulis, foliis laete viridibus, fructibus biennibus.

θ. pyramidalis, Pyramidenmandel: fructu magno oblongo parum acuto, amygdala dulcissima, foliis parvis. *Risso 326. 9.*

Truncus rectus, ramis verticalibus; folia tenuia, albidoviridia; flores vagi; fructus distantes, solitarii.

ι. tenuis: fructu maximo acuto glabro friabili, amygdala dulci (interdum intus rubra). *Risso 324. 4.*

Folia longe petiolata, fruct. oblongi.

b. calyce longiora; foliorum serraturae inferiores glandulosae; stylus

a) stamina aequans; petioli non glandulosi; putamen osseum, rugosum, porosum.

6. **A. amara** Hayne Arn. Gew. IV. t. 39. f. 1. — *Sp. V. Ph. 381.* — *DC. Fl. Fr. IV. 486.*

A. communis γ. amara L. — *Willd. Sp. pl. II. 983.*

A. communis α. amara (stylis fere longitudine staminum infra tomentosis, seminibus amaris) *DC. l. c. 530.* — *G. Don l. c. — Duk. l. c. 114.* — *Sp. A. sc. n. 115.*

A. cerasina Oken.

In Oriente, in Europa australi et media culta. 5.

Folia minorā; fructus mediocres, testā tenerā, nucleo acuto amarissimo. Amygdala amara majorem continentem acidi hydrocyanici copiam, quam ulla alia species ex ordine Amygdalacearum, inde animalibus pluribus lethalia. (Cl. Metzger\*) sequentes enumerat varietates:

α. minor: fructu parvo subrotundo, testā durā.

β. media: fructu mediocri subrotundo, testā durā.

γ. major: fructu magno subrotundo, testā durā.

Arbor magna, cortice albido.

δ. fragilis: fructu mediocri subcompresso.

A. prunaria Oken.

Haece accedunt:

ε. friabilis: fructu magno friabili.

A. communis amara. *Risso 328. 17.*

Folia tenuia; amygdala acuminata.

ζ. amarula: fructu maximo duriusculo, amygdala amarula.

*Risso 329. 18.*

Folia ac in praecedente magis evoluta; fructus major, putamine duro.

7. **A. communis** L. *Sp. pl. 677.* — *Willd. l. c. 982.* (excl. var. γ.) — *Sprng. S. V. II. 475. 2.* — *Sp. V. Ph. 379.* — *Lam. III. t. 430. f. 2.* — *Blackw. hb. t. 10.* — *Guimp. Holz. t. 141.* — *Nois. l. c. t. 3.* — *Bot. Rg. t. 1160.* — *Duk. l. c. t. 29.*

b) stamina interiora superans; petioli glandulosi; putamen durissimum po-

\*) Landwirtschaftliche Pflanzenkunde, 799, 800. Citabitur Metzger.



rosam, nucleo dulci.

*Amygdalus communis*  $\beta$ . dulcis (foliis cinereo-viridibus, floribus praecocioribus, stylis stamina multo superantibus, fructibus ovato-compressis acuminatis, seminibus dulcibus) DC. l. c. — *G. Don* l. c. — *Sp. A. sc. n.* 115.

*A. armeniaca* *Oken*.

*A. sativa* *Mill.* ic. t. 28. f. 1. — *Knorr* del. I. t. M. 1.

*A. dulcis* et *A. silvestris* *C. Bauh.* Pin.

In Oriente, Syria, Persia, Asia minore, in Mauritaniae septibus; in Europa australi et media culta; in prov. Caucasica. 5.

Süsse Mandel germ., Amande douce, Amandier à petits fruits gall.

Arbor 20—30-pedalis: rami flexiles, novelli dilute virides. Folia cinereo-viridia, supra glabriuscula nitida, serraturis aequalibus obtusis. Flores albi v. leviter rosei. Sarcocarpium irregulariter bivalve; nucleus sutura altera obtusa, altera carinata.

Lignum durissimum, interdum pulchre undulatum. E trunco effluit species gummiferae. Semina (Mandeln, amandes) cruda, condita et varie parata comeduntur et adhibentur in culinis et officinis. Oleum pingue ex illis elicitor (Mandelöl).

Varietates enumerantur sequentes:

a. macrocarpa *Dierb.*: fructibus ovalibus crassis porosis, 1—2-pollicaribus. *Sickl.* Obstg. XV. t. 25. (paulo minor.) — *Mayer* Pom. franc. I. 66. t. 2.

$\beta$ . turonensis, grosse Mandel von Tours *Metzg.*: fructu maximo oblongo, putamine tenui.

Arbor medioeris ramis laxis.

Golden purple, fr. mediocri, flavo et obscure rubro.

Heath, fine H. H. Clingstone, red Heath, fr. magno, pallide flavo et rubro.

Incomparable, Pavie admirable, fr. magno, pallide flavo et rubro.

Kennedy's Lemon Clingstone, Pine-apple Clingstone, red Melacoton, fr. magno, flavo et rubro.

Washington Clingstone, fr. mediocri, pallide flavo-virescente et rubro.

Pavie tardive. —

Et varr. Catharinae, Perseca, lusitanica, flava.

3. Glandulae nullae; flores magni.

Blood Clingstone, Claret Cl., fr. mediocri, intense rubro.

Old Newington, Newington, fr. magno, pallide viridi et rubro.

Smith's Newington, early N., fr. mediocri, pallide viridi et rubro.

2. simpliciter serrata; drupae laeves. (*Amygdalus Persica* β. *Nucipersica* L. *Willd.* — *P. laevis* DC. l. c. 2. — *G. Don* l. c. 493. — *P. Nucipersica* C. *Bauh.* *Wett.* Fl. — *Amygd.*



*Nucipersica* *Rchb.*  
l. c. 4156. — *Amygd.*  
*Persica Nectarina*  
*Ait.* *Kew.* ed. 2. III.  
194. — *Lam.* l. c. 100.  
n. 21 — 27. — *Nois.*  
l. c. 89. 90. n. 17—22.  
t. 20. f. 23, t. 21. f. 3. 4.)

1) carne a nucleo sed-  
cedente, molli, suc-  
culentâ; folia elon-  
gata, glandulis reni-  
formibus; drupae ro-  
tundatae, glaberrimae.

3. *Persica violacea* *Risso* l. c. 119.

*P. laevis* a. *DC.* l. c. (excl. nom. vernaculo, cum var.  $\beta$ . confuso). — *G. Don* l. c.

*Amygd. Persica* b. *Nucipersica*  $\zeta$ . *Aganonucipersica* *Marl.* & *Schübl.* l. c.

Hab. cum praec. 5.

*Nusspfirschen* germ., *Pêches violettes* gall., *Free-stone* v. *melting Nectarines* angl.

Varietates:

1. Glandulis foliorum globosis.

a. aurantiaca: floribus magnis, fr. magno, aurantiaco et obscure rubro.

*Pitmaston Orange*, *Williams's O.*, *W.'s Seedling*.

$\beta$ . bostonensis: floribus parvis, fr. mediocri, aurantiaco, ad solem obscure rubro.

*Boston G. Don.*

2. Glandulis reniformibus;

1) floribus magnis.

$\gamma$ . Desprezii: fr. mediocri praecociore flavescenti-albo, ad solem rubicundo.

*Despris-Pfirsche* *Dierb.* — *Pêche Desprès* *Poil.*

$\delta$ . microcarpa: fr. flavo parvo serotino (Oct.)

*Gelbe Nusspfirsche* *Dierb.* — *Pom. Fr. II.* t. 18. f. 20. — *Jaune lisse*, *J. l. tardive*, *Rousanne*, *Maufrin*.

$\epsilon$ . bicolor: fr. mediocri, hinc viridi illinc rubro.

*Vermash*, true *V. G. Don.*

$\zeta$ . batava: fr. magno albo. (Ineunte Sept.)

*New white*, *Neat's white*, *White*, *Flanders* (*Hook.* t. 30), *Emmertons new white*, *Cowdray white*, large white.

$\eta$ . alba: fr. magno albo, praecoci (ineunte Aug.)

*Old white G. Don.*

2) floribus parvis.

(1) Fructus pallide flavus, latere exposito ruber, ineunte Sept. matur.

$\theta$ . rubrinuclea: fr. magno, carne ad nucleum rubrâ.

*Brinon*, *Brugnon red at the stone*, *Violet red at the stone*.

$\iota$ . aromatica: fr. mediocri.

*Aromatic G. Don.*

(2) Fr. albidus, ad solem cerasinus, parvus, mucronatus.

$\kappa$ . cerasina: magnif. fructus *Reginae Claudiae*. — *Kirschenpfirsche* *Pom. Fr. II.* t. 13. f. 12.

*Cerise Pêche Nois.* t. 31. — *Cherry Nectarine*.

(3) Fr. pallide virens, latere exposito ruber.

$\lambda$ . Balgonea: fr. magno, ineunte Sept.

*Balgone G. Don.*

$\mu$ . Claremontia: fr. magno. — *Claremont* l. c.

$\nu$ . Tellieri: fr. magno, ineunte Sept.

*Du Tellier's*, *Duc de Tello*, *du Tilly's*.

$\omicron$ . Downtonia: fr. magno, exeunte Aug.

*Downton G. Don.*

$\pi$ . Elrugia: fr. mediocri, carne ad nucleum albâ, ineunte Sept.

*Elruge*, common *E.*, *Claremont*, *Oatlands*, *Temple's*.

$\rho$ . genuensis: fr. mediocri.

*Genoa*, late *G.*, *Genoese*.

$\sigma$ . semiviridis: fr. mediocri serotino. (Fine Sept.)

*Greenshield's late*.

$\tau$ . Hoyi: fr. mediocri, ineunte Sept.

*Hoy's new Seedling*.

(Persica violacea)

v. *Murreyi*: fr. mediocri, exeunte Aug.

Murrey, Murry, black M.

φ. *Templei*: fr. mediocri, ineunte Sept.Temple, Temple's (*Lang* t. 30).χ. *Fairchildii*: fr. parvo, praecoci (Aug.).

Fairchild's, F.'s early.

(4) Fr. viridis, mediocris, serotinus. (Medio Oct.)

φ. *Forsythii*. — Peterborough, late green, Vermash.

(5) Fr. laete coccineus et pallide ruber, parvus.

ω. coccinea. — Scarlet Forsyth.

(6) Fr. hinc viridis, illinc violaceo-purpureus, magnus.

αα. *Coursonia*: carne ad nucleum ruberrimā.Violette grosse, grosse V. hâtive, V. de Courson. *Nois.* t. 21.ββ. purpurea *Risso* 119. 55.: fr. submedio rubro-violaceo, carne molli albā.

Fructus rotundati, inaequales, intense purpurei, apice hinc magis elevati, carne deliquescente saccharatā, circa nucleum laete rubrā. Fine Jul.

Violette hâtive (*Hook.* t. 15), Violet, early V., Lord Selsey's Elrudge, Hamptoncourt, large Scarlet, new Scarlet, petite V. hâtive. — Violette Nusspfrische *Dierb.* — Pom. Fr. II. t. 14. f. 14, 15.γγ. marmorata *Risso* l. c. 56.: fr. medio, flavescente, rubro-violaceo marmorato, carne molli flavescente.

Flores pallide rubri. Fructus subirregulares, carne deliquescente gratissimā.

Violette tardive, V. marbrée, panachée.

3. Glandulis nullis, floribus parvis.

δδ. *Huntii*: fructu mediocri, aurantiaco et obscure rubro, praecoci (Aug.).

Hunt's tawny, Hunt's early tawny.

εε. *Milleri*. — Elrudge *Milleri*.ζζ. *chinensis*: fr. superne et inferne compresso, utrinque concavo, sulcato, nucleo parvo sublaevi.Chinesische Nusspfrische *Dierb.*

2) carne nucleo adhaerente durā succulentā; folia ovato-elongata; drupae sphaericae, diaphanae.

4. *Persica laevis* (levis) *Risso* l. c. 117.P. laevis β. DC. l. c. (excl. nom. vernac.) — *G. Don* l. c. 494.Amygd. Persica b. Nucipersica γ. Scleronucipersica. *Mart.* & *Schübl.* l. c.

Hab. cum praec. 5.

Nusspfrischen germ., Brugnons gall., Clingstone-Nectarines angl.

Folia plus minus intense viridia; flores speciosissimi; drupae odore peculiari, carne fragili, nucleo minus quam in praecedentibus sulcato.

1. Glandulis foliorum reniformibus,

1) floribus magnis.

α. odorata: fr. mediocri, pallide flavo, ad solem rubro violaceo, carne sublavā dulci.

P. l. violacea *Risso* l. c. 117. 52.Bisampfrische *Dierb.* — Pom. Fr. II. t. 17. — Brugnon musqué, Br. violet musqué. *Dub.* t. 26, *Nois.* t. 20.

Folia ovato-oblonga, saepius rubro-marginata; fructus nitidi, carne flavescenti-albā, saccharatā, gratissimā, circa nucleum rubrā.

β. aurea: fr. magno, aurantiaco, hinc rubro, serotino (Sept.).

Pince's golden *G. Don.*

γ. romana: fr. magno viridi fusco hinc rubro praecoci (Aug.).

Roman, red R. — Rothe römische Nusspfrische *Dierb.* subvar. drupā flavescente et rubrā.δ. acidula *Risso* 118. 53.: fr. medio viridi-flavescente (versus pedunculum) parum rubro, carne dulci acidulā.

Folia ampla, longa, acuta; flores pallidi; fructus carne firmā, saccharatā acidulo mixtā, circa nucleum dilute roseā.

2) floribus parvis.

ε. *Aitoni*: fr. magno obscure fusco ad solem rubro.

Aiton's Seedling. Sept.

ζ. fuscobrunna: fr. mediocri obscure fusco, ad solem rubro, subrotundo, carne gratā succosā.

Gerberlohfärbige und dunkelbraune Nusspfrische *Dierb.* Tawny, late Tawny, Murrey.



- (*Persica laevis*) *γ. italica*: fr. magno, flavescente v. virescente, ad solem obscure rubro, carne firmâ sapida.  
Brugnon, Italian. *Lang. t. 29.* — Italienische Nusspfirsche *Dierb.*
- δ. praecocior*: praec. prius (Aug.) maturans.  
Brugnon hâtif, early Brugnon.
- ε. aurantia* *Risso 118. 54.*: fr. medio globoso saturate luteo, carne dulci odoratâ.  
Folia longa, laete viridia, glandulis subrotundis. Fructus laevissimi, saturate aurantii, nitidi, carne durâ succosâ saccharatâ.
- ζ. fulva*: fr. medioeri rotundo aureo, ad solem opaco-rubro, carne flavâ, ad nucleum rubicundâ, gratâ.  
Goldgelbe Nusspfirsche *Dierb.* — Golden (*Lang. t. 29.*), fine goldfleshed, Orange.
- λ. Imperatrix*: fr. magno obscure rubro.  
Imperatrice.
- 2. Glandulis nullis, floribus magnis.*  
*μ. verna.* — Early Pavie, Forsyth 57.
- ν. obscura*: fr. magno obscuro, hinc flavo illinc rubro nitido, carne firmâ gratissimâ, flavâ, ad nucleum obscure rubrâ.  
Newington, late N. (*Lang t. 29.*), scarlet N., old N., Smith's N., French N., Brugnon de N. de l'Angleterre, rough Roman, red R., Sion hill, Anderdon's, Anderson's round. — Englische Pfirsche *Dierb.*
- ο. helvola*: fr. magno, flavescenti-brunneo, latere exposito rubro, praecoci (Aug.).  
Tawny Newington.
- π. deanensis.* — West Dean Newington.
- ρ. Buckfastia.* — Royal Buckfast.  
Praeter hasce aliae varietates 18 nomine tantum indicantur a *G. Don*, ad *P. violaceam* et laevem pertinentes; a pomologis porro plures aliae adhuc enumerantur, quas inter memoratu digna videtur
- σ. pumila* *Christ*: fructu volumine tantum nucis moschatae, succoso quidem sed minus sapido.

*Species exclusa:**Persica nana* Mill. = *Amygdalus nana*.**G. Armeniaica.***Tourn. Inst. t. 400.* — *Mill. Dict.* — *DC. l. c. 531.* — *G. Don l. c. 495.* — *Spach l. c. 388.* — *Meisn. l. c. 102. (72.)**Prunus a. Armeniaica* Endl. gen. 1251. 6406.**I. Flores solitarii v. gemini; pedicelli**

**I) filiformes gemmâ longiores; petioli glandulosi; folia acuminata duplicato-serata glabra,**

(1) ovata v. ovato-elliptica; drupa globosa, pubescens.

**1. A. dasycarpa** Pers. Ench. II. 36. — *DC. l. c. 532. 2.* — *G. Don l. c. 497. 2.* — *Sp. l. c. 390.* — *Rehb. Fl. germ. exc. 646. 4148.* — *Sickl. Obstg. XVIII. t. 6.*

*A. atropurpurea* Loıs. in *Duh. l. c. V. t. 51. f. 1.* — *Risso l. c. 129.*

*Prunus dasycarpa* Ehrh. Beitr. VI. 90. — *Willd. l. c. 990. 15.* — *Sprg. l. c. 476. 12.* — *Lodd. Bot. Cab. t. 1250.* — *Bot. Rg. t. 1243.*

*Prunus Armeniaica nigra* Desf. Cat. ht. Par. ed. 2. 206. In Oriente (?) in hortis Europae australis et mediae culta. 5. Abricot noir, Abricotier du Pape gall. Schwarze Aprikose germ.

Frutex 5—6pedalis, trunco utplurimum tortuoso ramoso, cortice cinereo rimoso. Folia acuta, tenuiter denticulata, supra nitida, petiolo canaliculato. Flores albi, diametro pollicares, calyce purpureo (in specim. genev. 6lobo, petala 6, stamin. 24 DC.). Filamenta violacea, petalis breviora. Stylus longitudine staminum. Drupa diametro 13—14''', subrotunda, parum

compressa, sulco longitudinali percursa, epidermide nigro-violacea; carne molli, nucleo arcte adhaerente, rubellâ, centro fusco-fulvescente, dulciusculâ, fere insipidâ.

- (2) ovata abbreviata v. lanceolata lobulata.

**2. A. persicaefolia** G. Don l. c. 498. 3.

*A. dasycarpa* β. *persicifolia* Lois. l. c. 172. t. 552. f. 1. — DC. l. c.

Hab. . . . . 5.

Abricot noir à feuilles du Pêcher ht. gall.

Flores albi. Fructus edulis, carne rubrâ flavo-variegatâ.

- 2) gemmae inclusi  
ideoque flores quasi  
sessiles;

(1) calyces dimidiâ parte inclusi; folia duplicato-denticulata margine pubescentia, dentibus inferioribus glandulosis, petiolis tenuibus eglandulosis, ovata v. ovali-rotundata, longe acuminata; drupae coriaceae compressae.

**3. A. sibirica** Pers. l. c. — DC. l. c. 532. 3. — G. Don l. c. 498. 4. — Sp. l. c.

*Prunus sibirica* L. Sp. pl. 679. — Pall. Fl. Ross. I. 15. t. 8. — Willd. l. c. 989. 14. — Sprg. l. c. 15.

*Prunus* (Armeniaca) *sibirica* Led. Ross. II. 3.

Armeniaca Betulae folio et facie, fructu exsucco. *Amm. Ruth.* 272. t. 29.

*Prunus inermis*, foliis exovato-cordatis longe mucronatis, fructu exsucco. *Gmel. Sib.* III. 172. 4.

In *Da'uriâ*, tempore florescentiae declivia montium meridionalia exornans. 5.

Frutex vix ultra 6pedalis, trunco tortuoso, ramis rigidis patulis apice floriferis. Folia obscure viridia, utrinque glabra, petiolis rubicundis, interdum apice glandulis duabus instructis aut folia ipsa basi biglandulosa. Flores minimi, albi. Calyx rubescens, lobis ovatis acutis ciliatis reflexis. Stamina 30, corollâ breviora. Stylus villosus, staminibus paulo brevior. Drupa subsessilis, magnitudine nucis Avellanae, immatura tomentosa, subrotunda, lateribus compressa, epidermide glabrâ flavo-rubicundâ, carne sicâ acerbâ tenaci exsuccâ, nucleo parvo laevi, semine eduli amaro.

β. *angustifolia*: foliis lineari-lanceolatis.

A cl. Persoonio tantum indicata.

- (2) pedicelli brevissimi, squamis gemmae occultati; folia acuminata, duplicato-crenulata, glabra, petiolis glandulosis.

a. ovalia; drupa subduriuscula acerba; nucleo utplurimum amaro.

**4. A. Amarella.**

*Prunus* (Armeniaca) *Amarella* Rehb. l. c. 4146.

*Prunus Armeniaca* α. minor (foliis ovatis, fructibus gosis tomentosis, carne crocâ duriusculâ acerbâ, semine amaro) *Mart. & Schübl. l. c.* 306. — *Kern. t.* 201. f. 8.

Armeniaca cerasioides var. duracina *Dierb.*  
*Prunus Armeniaca* Misimisi *Forsk.* — *Malus armeniaca* minor *Bauh. Pin.* 442.

In *Liguria* occidentali, *Transsilvania*, *Aegypto*, in *Germaniâ*, praesertim *Wûrtembergico* regno, frequens culta. 5.  
Möllele, Marillen, Moleften; gelber Sommerpfer-sing, Tuacinum (*Trag.*), Amarellen (*Gesn.*).

Fructus minor, ochroleucus, subrubens, magnitudine Juglandis. Forsan matrix sequentis.

**5. A. vulgaris** Lam. Dict. I. 2. — DC. l. c. 1. — G. Don l. c.

495. 1. — Sp. l. c. 389. — Lois. l. c. V. t. 49 et 50. f. 6.

*A. epirotica* *Wett. Fl.*

*Prunus Armeniaca* L. Sp. pl. 679. — Willd. l. c. 989. 13. — Sprg. l. c. 13. — Rehb. l. c. 4147. — *Mart. & Schübl. l. c.*

Armeniaca *Blackw. t.* 281.

Mala armeniaca majora, nucleo dulci. *Bauh. Pin.* 442. — *Knorr del. I. t. A. 2.*

In *Armeniâ*, *Asiâ minore*, *Persia*, *Epiro*, in hortis *Europae* mediae et australis frequenter culta. 5.

Arbor 15 — 20pedalis, comâ rotundatâ, ramis tortuosis. Folia elliptica, v. ovata, v. ovato-subrotunda, basi subcordata v. angustata, laete viridia, subrevoluta. Flores solitarii v. gemini, pallide rubicundi v. albi, praecoces, sessiles, laterales; calyx rubellus; petala subrotunda, concava, lobis calycinis dimidio majora. Drupa globosa v. ovata, flava v. aurantiaca, rubro suffusa, carnosa, epidermide pubescente; putamen durum, compressum, hinc acutum, illinc obtusum, ad margines sulcatum, laeve; semen nunc dulce, nunc amarum.



(Armeniaca vulgaris) Semina dulcía eodem adhibentur modo ac amygdala. Lignum cinereum, rufo et flavo venosum, ad opera artificialia aptissimum.

Inter varietates numerosas cultas forsán plures latent species, eodem modo ac Persicae et Amygdali nucleis dulcibus et amaris, carne solubili v. nucleo adhaerente separandae. Eae in modum cl. *Dierbachii* enumerantur:

1. *Microcarpae* v. *Juglandiformes*: foliis plerumque ovatis angustioribus et fructibus minoribus, volumine circiter Juglandis majoris.

A. vulgaris a. ovalifolia Ser. in DC. l. c.

1. A. cerasoides *Dierb.*: nuclei amari, sapore illorum Cerasi. — Forsan ex A. Amarellá ortae

a. praecox *Risso* 121. 1.: fr. parvo sphaerico praecoci flavo, carne sapidá.

Folia subrotunda, cordata. Drupa sulco longitudinali distincto, epidermide opaco melleo-flavo hinc rubescente, carne pallide flavá succosá tenerá. Ineunte Jun. matura.

Kleine Frühaprikose, frühe Zimmt-A. Pom. Fr. I. 29. t. 2. f. 1. — *Kern*. t. 501. — Abricot hâtif musqué *Duh.* I. 133. 169, 1. — *Nois*. t. 1. — Red masculine Apricot, early red masculine, brown masculine, Abricot précoce, Abricotin.

β. persicina: fr. parvo aureo parum rubro, carne tenerimá succulentá gratissimá.

Aprikose von Nancy, Pfirschen-A.

γ. lusitanica *Risso* 122. 2.: fr. parvo rotundato subcompresso flavo hinc rubescente, carne dulci.

Arbor minor, tenella; folia parva, angusta; flores rubicundi; fructus hinc fusco rubroque maculatus, carne obscure flavá, gratissimá, nucleo paulo adhaerente. Exeunte Jun.

Portugiesische A. Pom. Fr. I. t. 8. f. 11.

δ. alba *Risso* l. c. 3.: fr. medio subrotundato albedo, carne dulci minus sapidá.

Fructus sulco satis profundo, cereo-albi, circa pedunculum plerumque areolá coccineá picti, carne tenerá albidá, saporis persicini, nucleo paulo adhaerente. Ineunte Jul.

Weisse A. Pom. Fr. I. 30. t. 2. f. 2. — Abricot blanc *Duh.* 169. 2. A. Pêche. — White masculine, early white masc. Angl.

e. Albergia: fr. mediocri subcompresso superne angustate virescenti-flavo, ad solem obscure flavo v. lignicolore rubro-punctato.

Alberger A. Pom. Fr. I. t. 8. f. 12. — Albergier ordinaire, cum subvarr. à fruit long et à fruit rond. — Turiones fere toti rubri. Folia parva, nervo medio obscure rubro.

2. A. avellanoides *Dierb.*: nucleis dulcibus, sapore Avellanarum.

Prunus Armeniaca γ. dulcis *Mart. & Schübl.* l. c. (p. p.)

ζ. Alexandriae *Risso* 126. 11.: fr. parvo subrotundo praecocissimo lutescente intus rubello.

Arbor elegans; fructus hinc flavi, illinc laete rubri, carne saccharatá rubro-venosá. Jun.

η. provincialis *Risso* l. c. 12.: fr. mediocri rotundato subcompresso luteo-rubro, pulpá dulci odoratá.

Folia parva, subrotunda, petiolis rubris; fructus parvi (majusculos dicit *Risso*), complanati, pulchre aurantii rubro-punctati, carne obscure flavá molli deliquescente vinosá aromaticá.

Provencer Aprikose, die kleine Oranien-A. *Diel.* — Pom. Fr. I. t. 5. f. 7.

θ. Hollandiae: fr. parvo rotundato, carne albidá sapidá dulci.

Fructus interdum mediocri, sulco profundo margine altero magis prominulo, ad solem purpureo-punctatus, carne albidá liquescente vinosá gratissimá. Medio Jun.

Holländische A. Haselnusskern-A. Pom. Fr. I. 33. t. 3. — *Kern*. t. 502.

Subvarietas occurrit foliis aureo-striatis maculatisque.

i. *Dierbachii*: fr. parvo, epidermide crassá durá hinc fuscá scabrâ, carne firmá vinosá sapidá.

Haselnuss-A. *Dierb.* — Huc spectant quoque „Morgameler A.“ et „Alberge A.“ *Nois*.

(Armeniaca vulgaris)

x. alba *Risso* 127. 15.: fr. parvo rotundo praecoci albedo moschato; carne sapida.

Fructus ac in praecoci paulo major, fragrantissimus. *l. farinosa* *Risso* 128. 17.: fr. parvo rotundato lutescente, pulpâ firmâ subsapida.

Caro farinacea, illi Solani tuberosi similis, dulcis, nec saccharata. Ineunte Jul.

p. rubra: fr. subrotundo, flavo, ad solem saturate rubro-fusco, carne rubro-aurantiacâ succosâ acidulo-dulci gratissimâ.

Arbor parva, foliis parvis ovalibus utrinque attenuatis.

Rothe A. von Angoumois. Pom. Fr. I. 32. t. 3. f. 4.

— Angoumois Abricot *Duh.* 137. t. 3.

v. violacea: fr. subrotundo flavo ad solem violaceo, carne praecedentis.

Violette A. Pom. Fr. I. t. 5. f. 8.

o. bruxellensis: fr. subrotundato, ad lucem fusciscente, carne intense aurantiacâ succosâ sapidissimâ, a nucleo solubili.

Folia late cordata, acuminata. Medio Aug.

Brussels, Breda, Breda Apricot (Pom. Mag.

t. 146.), Abricot de Hollande, Amande Aveline

(*Duh.* I. 138. t. 4.).

An eadem ac *?*?

π. aegyptiaca: fr. subrotundo compresso subtomentoso hinc stramineo illinc intense aurantiaco, carne tenerâ dulcissimâ semipellucidâ, a nucleo solubili.

Folia subrotunda, subcordata, acuminata, duplicato-serrata. Fructus volumine illius var. a.

Musch-musch (Hort. Trs. II. 72. t. 1.). — Abricot d'Alexandrie *Kraft* Pom. austr. 29. t. 58. f. 1.

II. *Macrocarpae* v. *Pomiformes*: foliis plerumque cordatis latioribus, fructibus magnis, volumine circiter pomi medioeris. „Grosse oder Apfel-Aprikosen“ *Dierb.*

A. vulgaris β. cordifolia *Ser.* in *DC.* l. c.

3. A. persicoides: semine amaro, sapore nucleorum Persicarum.

Prunus Armeniaca δ. persicoides: foliis cordatis, fructibus oblongis compressiusculis, carne flavâ, semine amaro.

*Mart. & Schübl.* l. c.

p. communis: fr. magno suboblongo aureo saepius scabro crustoso, ad solem rufo-maculato, carne dilute flavâ plus minus succosâ.

Arbor magna, patula, foliis amplis latis longe petiolatis basi attenuatis.

Gemeine grosse Früh-A. Pom. Fr. I. t. 3. f. 3. —

*Kern.* t. 503. — Abricot gros précoce, A. de Jaen,

A. de St. Jean rouge in Occitaniâ, Abricot gros

d'Alexandrie. — Large early Apricot (Pom. Mag.

t. 142.). — *Siehl.* XII. t. 12.

Omnium vulgarissima. Subvarr. „die Ransleber Früh-A.“ foliis minoribus, fr. magis rotundo, — foliis flavo maculatis.

σ. Persica *Risso* 122. 4.: fr. magno vix compresso subfulvo rubescente, carne saccharatâ.

Fructus ovalis, parum compressus, fulvo-luteus, rubromixtus.

τ. romana: fr. medioeri, obscure stramineo, ad solem aurantiaco rubro-punctato, subovali, carne pallide stramineâ molli solubili maturitate farinacâ; foliis latis cordatis.

Abricot commun *Duh.* I. 135. t. 2. *Nois.* t. 1. —

Roman Apricot *Langl.* Pom. 89. t. 15. f. 4. Pom. Mg.

t. 13. — Roman, Common Angl.

υ. variegata: foliis pallide flavo v. aureo maculatis, striatis, variegatis, fr. praecedentis.

Bunte, gefleckte A. (Pom. Fr. I. 34. t. 4.) — Abri-

cotier à feuilles panachées (*Duh.*), A. commun à

feuilles panachées de jaune *Nois.* — Blotched-

leaved roman Apricot (Hortic. Trs. l. c. 62), blot-

ched, variegated, striped Turkey.

φ. regalis: fr. subovali sordide flavo, ad solem leviter rubescente, carne pallide aurantiacâ firmâ succosâ acidulo-dulci sapidissimâ.

Folia ampla, subrotundo-cordata v. ovata. Fructus versus pedunculum virescens.



(Armeniaca vulgaris)

- Königs-A. — Abricot royal Bon Jard. 1827. 288. Nois. Man. II. 490. — Royal Apricot Pom. Mg. I. t. 2. Hort. Trs. I. c. 63.
- z. Noisettiana: fr. ovali compresso pallide aurantiaco, ad solem rubro-fusco sanguineo-punctato, carne solubili rubicundo-flavâ dulci sucrosâ.  
Arbor omnium maxima, foliis latis pendulis, fructu pulcherrimo eximio.  
Brüssler A., Noisette's Pfirsch-A., A. von Nancy Pom. Fr. I. t. 7. — Brussels Apricot Hort. Trs. I. c. 64.
- φ. Shipleyae: fr. ovali compresso tomentoso, dilute flavo, fusco minute punctato, carne laetissime obscure aurantiacâ succosâ acidulo-dulci moschatâ, solubili.  
Shipley's Apricot Ht. Trs. I. c. 64. — Blenheim, Shipley's large, Miss Shipley's.
- ω. rotundata: foliis latis apice acuminatis basi rotundatis; fr. pallide dilute flavo, ad solem leviter rubescente, carne firmâ aquosâ succosâ nucleo adhaerente.  
Montgamet Apricot (Ht. Trs. I. c. 65.), Alber-gier de Montgamet.
- αα. amygdalina: fr. romanae, pallide stramineo, ad solem rubro-punctato, carne solubili pallide flavâ siccâ parum sapidâ.  
Almond Apricot Hort. Trs. I. c. 65. — Abricot Amandier.
- ββ. turonensis: foliis amplis subrotundis acuminatis; fr. magno subrotundo compresso fusco-aurantiaco, carne obscure rubro-aurantiacâ succosâ sapidissimâ.  
Abricot de Nancy Duh. 144. t. 6., A. Pêche, A. de Nieremberg, de Würtemberg, de Piemont, — Moorpark Apricot Brookshaw Pom. brit. t. 23. Anson's, Dunmore's, Dunmore's Breda, Temple's imperial Anson, Oldaker's Moorpark, Ludlow's Moorpark, Abricot de Tours.
- γγ. Hemsirkii: foliis latis praecedentis, fr. magno subrotundo subcompresso, carne laete aurantiacâ tenerâ succosâ sapidâ.  
Hemskirke Apricot Hort. Trs. I. c. 69.
- δδ. lutetiana: fr. citrino ad solem fusco-punctato, carne flavâ dulci sapidâ subdeliquescente.  
Pariser A. Dierb.
- εε. Ananassa: fr. maximo rotundo ad solem rubro illine flavo, carne flavâ aromaticâ.  
Ananas-A. Dierb.
- ζζ. dulcissima: fr. magno griseo flavo, carne aurâ dulcissimâ saccharatâ.  
Grosse Zucker-A. Dierb.
- ηη. depressa Risso 123. 5.: fr. magno oblongo depresso lutescente rubro guttato, carne dulci flavâ.  
Folia ampla, saturate viridia, saepe in petiolum longum attenuata. Drupae sulcus profundus, marginibus inaequalibus. Putamen compressum, acutum. Ineunte Jul.
- θθ. aurantia Risso I. c. 6.: fr. maximo rotundato luteo rubro punctato, carne dulcissimâ.  
Folia subcordiformia, aequilonga lataque. Fructus totus rubro-punctatus, carne liquescente saccharatâ sapidissimâ, putamine ovali rotundato acuto dispermo.  
Pomeranzen-A. Dierb.
- ιι. rugosa Risso 124. 7.: fructu maximo subcordiformi inaequali rubro-aurantio fusco-guttato, carne saccharatâ.  
Arbor magna, ramis divergentibus, folia parva, fasciculata; fructus rotundatus, subcompressus: parte aureo-tinctâ rugosâ fusco-maculatâ magis inflatâ, alterâ maturitate tantum rubescente; carne firmâ, grate dulci.
- κκ. scaberrima Risso I. c. 8.: fr. medio subrotundato compresso rubro-fusco scaberrimo (piloso), carne firmâ parum sapidâ.  
Arbor praecedente minor, foliis majoribus; fructus apice complanati, in fundo flavescenti-viridi obscure rubri.
- λλ. conspurcata Risso 125. 9.: fr. parvo rubro-luteo obscure conspurcato, carne dulci.  
Fructus rufescenti-flavi, obscuro maculati et rubro-punctati, in parte coloratâ rugosi, carne deliquescente grate dulci subacidulâ.

2. Flor  
coet  
acumi  
meros  
bosae

Römer S

(Armeniaca vulgaris)

*pp. cordata*: fructu cordato depresso luteo, carne dulci subsinsipidâ.

Folia mediocria, acuta, petiolo rubro. Fructus magni, complanati, versus pedunculum crassiores rotundati, apice attenuati obtuse acuminati, carne dulci liquescente.

4. *A. amygdaloides* *Dierb.* seminibus dulcibus, sapore Amygdalorum dulcium.*Prunus Armeniaca*  $\beta$ . dulcis *Schübl. & Mart.* (p. p.)*vv. alboflavescens*: fr. oblongo planiusculo sulcato albo-flavescente, carne succosâ sapidâ.Grosse weisse *A. Dierb.**oo. alexandrina*: fr. maximo oblongo lateribus compresso profunde canaliculato flavo ad solem rubro-punctato, carne flavescenti-albâ deliquescente dulci aromaticâ.Alexandrinische *A.*, Wein-*A.*, *A. von Algier**Dierb.**pp. bicolor*: fr. magno ad solem intense rubescente vel maculato, carne aurâ succosâ tenerâ aromaticâ.*A. von Breda*, *A. von Rotterdam*, *Mandel-A.**Dierb.**pp. persica*: fr. subsphaerico tomentoso intense aurantiaco ad solem laete rubro, maculis minutis; carne tenerâ laete aurantiacâ.Orangen-*A. Dierb.* — Orange Apricot Hort. Trs. l. c. 74. — Early Orange, royal O., royal George, royal Persian.

Folia plana, pendula, angustata.

*ss. turcica*: fr. majusculo subsphaerico intense luteo, non compresso, ad solem rubro aurantio-maculato; carne pallide flavâ firmâ succosâ dulci subacidulâ.

Folia mediocria, subrotunda, acuminata.

Turkey-Apricot Hort. Trs. l. c. 73. Large Turkey.

*tt. saccharata* *Risso* 127. 16.: fr. magno oblongo luteo et ruberrimo, carne saccharatâ, deliquescente.

Putamen oblongum.

*vv. subcordiformis* *Risso* 128. 18.: fr. magno subcordiformi compresso luteo-albo, hinc magis elevato rubro-punctato, carne pulposâ dulci.

Fructus sulco valde profundo, maturitate facillime fissus et amygdalâ dulcissimis.

*pp. oblonga*: fr. maximo elongato luteo ruberrimo, carne et amygdalâ dulcissimis. Fructus oblongi, rotundati, hinc purpureo-rubri, illinc laete flavi, sulco distincto, pedunculo profunde immerso; carne flavâ deliquescente, nucleo longe acuto non adhaerente.XX. duplex: flore duplici. *Risso* l. c. 127. 14.

2. Flores agglomerati subsessiles subcoetanei; folia ovalia subcordata acuminata subdentata, dentibus numerosis imbricatis; drupae subglobosae glabrae, putamine compresso.

6. *Armeniaca brigantiaca* *Pers.* l. c. 36.— *DC.* l. c. 532. 4. — *G. Don* l. c. 498. 5.— *Jaume St. Hil.* l. c. t. 219.*Prunus brigantiaca* *Will.* Delph. III. 535. —*Lois.* l. c. V. t. 59. — *Sprg.* l. c. 14. —*Sp.* l. c. 396. — *Risso* l. c. 84.In *Delphinatus* montibus, praesertim in agro *Brigantiaco* (*Briançonnais*). 5 *Prunier* des Alpes incolarum.Frutx 8–10 pedalis, ramulis glaberrimis virescentibus. Folia subtus ad nervos pubescentia. Petala calyce duplo longiora. Stamina 16–20, corollâ dimidio longiora. Drupae ovato-subglobosae, glaberrimae, dilute flavae, magnitudine fructus *Pruni claudianae*, carne acidâ, nucleo laevi rotundato adhaerente, semine amaro.

E nucleis incolae oleum exprimunt, „Huile de Marmotte“ nuncupatum et magis quam oleum olivarum aestimatum, paulo amarum.

*Risso* hanc plantam typum credit omnium *Prunorum* fructus albidos, flavos aut virescentes gerentium, vix tamen recte. Duae varietates ab illo enumeratae huc pertinere videntur, nempe: $\beta$ . *praecox* *Risso* l. c. 84. 19.: fr. minuto ovato virescente subdepresso, carne dulci paulo acidulâ.

Maturescit fructus ineunte Junio.



(Armeniaca brigantiaea)

7. nucleata *Risso* l. c. 85. 20. (excl. syn. *Dub.*): fr. parvo ovali-subrotundo luteo, carne dulciusculâ molli solubili, nucleo complanato.

Arbor parva, foliis laete viridibus; fructus nitidus, pedunculo longo tenui. Exeunte Majo maturescens.

## 3. Flores sessiles subgemini,

1) praecoces; folia e basi rotundatâ obovata v. late elliptica longe cuspidata argute duplicato-serrata, glabra v. praesertim subtus pubescenti-scabra; drupae globosae, tenuissime velutinae, putamine ovali convexo foveolato.

2) folia obovato-oblonga in petiolum attenuata, grosse subduplicato-serrata, subtus villosa, supra demum glabra; calyces cylindraceo-campanulati; drupae oblongae pilosae.

7. *Armeniaca Mume.*

*Prunus Mume* *Sieb. & Zucc.* Fl. Jap. I. 29. t. 11. — *Wtp.* Rp. II. 9. 6.

*Amygdalus nana* *Thb.* Fl. Jap. 199.

In *Japoniâ.* 5.

Haec et sequens species *Prunus* Armeniacaeque inter et *Amygdalos* intermediae subgenus quasi sistunt, forsân *Amygdalo* *prunus* nuncupandum. — *Mume Japonensis* sancta est arbor.

8. *A. trichocarpa.*

*Prunus trichocarpa* *Bge.* in *Mém. des sav. étr. prés. à l'Acad. de St. Petersb.* II. 96.

— *Wtp.* l. c. 8.

In montosis *Chinae borealis.* 5.

Flores albi, vix rubore suffusi. Drupae pallide rubentes v. albidae, ceraso dimidio minore, pilis patentibus raris obsitae, edules.

7. *Prunus.*

*Tourn. Inst.* t. 398. — *Juss. gen.* 341. *DC.* l. c. 532. — *G. Don* l. c. 498. — *Meisn.* 102. (72.) — *Spach* l. c. 391.

*Prunus* b. *Prunus* *Endl.* gen. 1250. 6406.

*Prunophora* *Neck.* elem. 719.

(*Cf. Liegel* *Systemat. Anleit. zur Kenntniss der Pflaumen.* = *Lgl.*)

Sect. I. *Spinus.* *Virgil.*

Species omnes gerontogaeae, europaeo-orientales.

I. Rami spinosi; calycis lobi obtusi, tubo longiores; folia subtus pubescentia argute duplicato-dentata.

1) obovato-elliptica v. elliptico-lanceolata acuta; drupae globosae atropurpureae.

1. *P. spinosa* *L.* *Sp. pl.* 681. — *Willd.* *Sp. pl.* II. 997. 32. — *Sprg.* *S. F.* II. 476. 1. — *DC.* l. c. 1. — *G. Don* l. c. 1. — *Sp.* l. c. 394. — *Fl. Dan.* t. 926. — *Schk.* *Hdb.* t. 132. — *E. B.* t. 824. — *Dub.* arb. ed. 2. *Lois.* l. c. V. t. 54. f. 1. — *Jaume St. Hil.* l. c. t. 217. — *Guimp.* & *Willd.* 87. t. 66. — *Hayne* *Arzn. Gw.* IV. t. 44. — *Sturm* *Dtschl. Fl.* I. 9.

*P. Acacia* *Crtz.* *Austr.* 193.

*P. silvestris* *Bauh.* *Pin.* 444. — *Tabern.* ic. 992.

In *Europae* collibus apricis, ad *Caucasum* et *mare Caspium*; in *Americâ boreali* introducta. 5.

Schwarzdorn, Schlehen germ., Prunelîer, Epine noire, Prunelles, Senelles, Chelosses gall., Sloe, Blackthorn angl.

Rami divaricati, pubescentes, cortice atrofusco v. cinerascente. Gemmae floriferae solitariae v. fasciculatae, uniliferae; flores parvi, ante folia exorti, pedicellis glabris, calycem aequantibus v. paulo superantibus. Lobi calycini ovals, obtusi, denticulati, patuli, petala iis duplo longiora, elliptica, acutiuscula, alba. Drupae erectae, nigricantes, glaucopruinosae; putamine subgloboso rugoso, marginibus obtusis.

Fructus adstringentes, gelu macerati edules, ad potum quoque acidulum usurpantur;

(*Prunus spinosa*) cortex febrifugus, solutione alcalinâ decoctus rubro colore tingit. Fructice spinoso 3—5pedali ad sepes construendas aliaque similia opera hinc inde utuntur.

*a. vulgaris* Ser. in DC. l. c.: foliis obovato-ellipticis, fructibus atropurpureis.

\* *floribus plenis.*

Frutex elegantissimus in hortis ornamentum causa cultus.

\*\* *foliis variegatis.*

*β. microcarpa* Wallr. Sched. crit. 216.: foliis petalisque elliptico-lanceolatis acutis, drupis ovalibus, stylis nudis. DC. l. c. — *G. Don* l. c.

Fruticulus 1—3pedalis, cortice cinerascente. Pedunculi tenuiter pubescentes. Folia angusta, utrinque acuta. Calycis lacinae brevissimae.

*γ. ovata* Ser. in DC. l. c. (ε.) — *G. Don* l. c. foliis ovato-subrotundis. *Blackw.* t. 494.

*δ. Wallrothii*: foliis oblongo-lanceolatis acuminatis inciso-serratis.

In demetis umbrosis passim *Wallr.* l. c. 218.

*ε. serotina*: floribus rarioribus coactaneis, foliis glabris basi ciliatis.

*P. spinosa* *Guimp.* t. 66.

Flores viriduli. Stamina inclusa. Fructus abortivi. An status morbosus?

ζ *leucocarpa*: drupis albis.

η *chlorocarpa*: drupis viridibus.

Hinc inde curiositatis causâ cultae.

2) lanceolato-obovata ciliata inaequaliter argute serrata, supra subtusque ad venas pilosa; flores coactanei; drupae brevi-pedicellatae nigro-violaceae serotinae.

2. *P. fruticans* *Whe.* in Flora 1826. II. 748.

— *Rehb.* Fl. exc. germ. 644. 4136.

*P. insititia* *Fries* (?)

*P. sphaerica* *W. Guimp.* frmd. Holz. t. 128. (sec. *Rehb.*).

*P. spinosa β. macrocarpa*: foliis petalisque obovatis obtusis, stylis basi pilis patentissimis hirsutis, drupâ subrotundâ. *Wallr.* l. c. 218 (?). — *DC.* l. c. (δ.) — *G. Don* l. c.

In Germania sepibus et dumetis passim, in principatu *Mindensi* pr. *Mennighüffen* et *Herford* (*Whe.*), pr. *Halum* Saxoniae, auf der *Steinklippe* (*Wallr.*). 5.

Rusticis westphalicis: *Baumschlehen.*

Frutex *P. spinosa* major, 5—8pedalis, ramulis rarioribus, brevioribus et crassioribus, cortice laevigato fuscescente subnitido. Folia subrugosa, basi elongatâ cuneatâ, petiolis glandulosis, utrinque cum petiolis ramulisque breve pilosis. Pedunculi calycesque glabri: horum lacinae subrotundae, margine submembranaceo ciliatae. Flores ac in *P. spinosa* duplo majores. Drupae quoque duplo majores.

2. Rami inermes; folia serrata,  
1) ovata acuta supra villosa subtus cum petiolis tomentosa.

3. *P. tomentosa* *Thb.* Jap. 203. — *Willd.* l. c.

995. 28. — *Sprng.* l. c. 8. — *DC.* l. c.

533. 5. — *G. Don* l. c. 5. — *Sieb. & Zucc.*

l. c. 51. t. 22.

*β. drupis oblongis.*

In Japoniâ. 5.

Arbor ramosa, ramis glabris erectis, ramulis alternis patulis tomentosis. Folia petiolata, patentia, venosa, subpollicaria, petiolis  $\frac{1}{2}$  lin. longis. Flores pedunculati, albi. Drupae magnitudine pisi.

Forsan ad eandem cum *Arm. Mume* et *trichocarpa* pertinens sectionem.

4. *P. divaricata* *Led.* Ic. Fl. ross. Alt. t. 13.

Fl. Alt. II. 211. Fl. ross. II. 5. — *DC.*

l. c. 534. 10. — *G. Don* l. c. 504. 10.

In Caucaso, Macedonia, pr. *Byzantium*. 5.



batâ; calyces reflexi; drupae ellipticae flavae.

Frutex 8—10pedalis: rami divaricati, inferiores prostrati, adulti fuscii, valde elongati. Folia parva P. spinosae,  $1\frac{1}{2}$ —2' longa, 9—10''' lata, praeter costam mediam subius albobillosam glabra, serraturis subacutis, inferioribus nonnunquam apice glandulosis. Petioli 5''' longi, semper eglandulosi. Flores albi, copiosissimi, majores ac in P. spinosâ. Corolla Cerasi. Drupa ellipsoideo-oblonga.

*Grisebach* Spicil. Fl. rumel. et bithyn. I. 85. ramos spinescentes dicit.

3) elliptica, ovalia v. elliptico-obovata acuminata, inaequaliter denticulata, subtus ad venas leviter pubescentia; drupae ovato-subglobosae pendulae, putamine acuminato.

5. **Prunus cerasifera** Ehrh. Beitr. IV. 17. — Willd. l. c. 997. 31. — Sprg. l. c. 2. — Lgl. l. c. II. 130.

P. Myrobalana *Lais.* & *Dub.* l. c. II. III. n. 46. t. 2. f. 15. et V. 184. t. 57. f. 11. — Sp. l. c. 395.

P. domestica ♂, Myrobalana L. Sp. pl. 680.

P. domestica γ. Myrobalana (fructibus globosis basi depressis rubris, umbilico depresso, nucleo mucronulato, sepalis angustis). *Ser.* in *DC.* l. c. 533. — *G. Don* l. c. 500.

Hab. . . . . *America borealis* quidem patria indicatur, sed minus recte momentibus *T. & A. Gr.* l. c. I. 408. In hortis europaeis ubique culta. 5.

Kirschpflaume, türkische Weichsel, Marunkel; Prune Cerise, Cerisette; Cherry Plum, Virginian Cherry.

Arbor 15—20pedalis, flores numerosissimi albos, at semper fructus paucos profrens, ramulis hornotinis rectis glabris; gemmis confertis subadpressis. Pedunculi subsolitarii, longi, glabri. Petioli parce pilosi, breves, eglandulosi. Fructus depressi, succulenti, aquoso-dulces, magnitudine illius P. claudianaë, putamine carni adhaerente subovali superne vix acutiuseculo, inferne rectiuscule abscisso.

α. fructu majore cerasino.

β. fructu minore cerasino.

γ. xanthocarpa: fructu flavo ad latera rubro-tincto *Lgl.* l. c. 133.

Locus hujus speciei in serie prunorum tam incertus est, quam ejus patria. Speciem esse typicam, et non varietatem P. domesticaë, tamen certum esse videtur.

## Sect. II. Prune. *Theophr.*

Species pro maximâ parte gerontogaeae orientales.

### I. Flores subsolitarii

1. subsessiles; folia ovata crassiuscula rotundata v. breviter acuminata, vix pubescentia, inaequaliter dentata, petiolis pubescentibus brevibus; drupae ovales.

2) pedunculis folio brevioribus.

(1) Subspinosa; folia pubescentia ovalia obtusa, basi saepius angustata, serraturis laciniisque calycinis patulis glandulosis; ovarium pubescens; stylus elongatus; drupa . . . .

6. **P. pubescens** Poir. Enc. méth. Suppl. IV. 584. — *DC.* l. c. 533. 8. — *G. Don* l. c. 499. 8. (non *Pursh.*).

Hab. . . . . 5.

Flores albi.

7. **P. glandulosa** Hook. ic. t. 288. — *T. & A. Gr.* l. c. I. 408.

*Pr. texana* *Dietr.* Syn. pl. III. 45. 58.

In *Texas.* *Drummond.* 5.

Frutex pedalis v. minor, ramis pubescentibus, valde tortuosis. Folia vix pollicaria, supra glabriuscula. Umbellae 1—2horae. Flores parvi.

## (2) Inermes; folia

a. obovata acuminata glabra glanduloso-denticulata, petiolis eglandulosi; stipulae subulatae, glandulosae, longitudine petioli.

8. **P. salicina** Lindl. in Hort. Soc. Lond. Trs. VII. 239. — Sp. l. c. 396.

Cerasus salicina G. Don in Loud. Ht. brit. 480. et l. c. 514. 26.

In China, ubi dicitur Tsching-Tcho-Li v. Tsing-Tchok-Li. b.

Ramuli hornotini glauci, graciles, inermes. Folia tenuiora quam Pr. domesticae, serraturis glandulâ minimâ semipellucidâ flavescente instructis, subtus glabriuscula, leviter venoso-reticulata, supra nitida subrugosa; petiolis brevibus; stipulae persistentes, saepe basi pinnatifidae, glandulis illis foliorum similibus ciliatae. Flores parvi, albi, solitarii v. plures aggregati, pedunculis brevibus glaberrimis. Laciniae calycinae ovatae, eglandulosae. Fructus formâ et adpectu eorum Pr. cerasiferae.

b. ovato - v. elliptico-oblonga, denticulata, acuminata, subtus pubescentia; rami adscendentes, pyramidales; petala elliptica angusta distantia; drupae ellipsoideae, oblongo-ovatae v. oblongo-obovatae, plus minus obtusae v. elongatae, umbilico elevato; nucleus (putamen) valde compressus elongatus basi prominulus, apice plus minus acutus. (P. domestica t. Prunaeauliana Ser. in DC. l. c. 534. — G. Don l. c. 502. (p. p.) — P. sativa Fuchs. Dierb. (p. p.) — Zwetschen Lgl. l. c. 287. — P. domestica L. Sp. pl. 680. (p. p.) — Wld. l. c. 995. 29. (p. p.) — Sprg. l. c. 9. — P. damascena Dierb. (p. p.) Ramuli hornotini

a) plus minus flexuosi;

(a) glabri, folia pilosa, petiolis pilosis eglandulosi; drupae utrinque compressae, dorso convexae, pedicellis longis pilosis, putamine solubili superne breveacuto infero a. longe producto obtusiusculo oblique lanceolato - ovali; gemmae confertae subadpressae; folia ovato-acuta, profunde duplicato-serrata; drupae oblique oblongo-obovatae ventre rectiusculo, obscure caeruleae.

9. **P. austriaca** Lgl. l. c. II. 10.

P. domestica γ. hungarica L. — Wld. l. c. Dattel-, Feigenzwetsche Dierb.

Lange violette Dattelpflaume, Prune Datte violette.

Türkische Zwetsche Siechl. — Pom. Fr. I. 136. t. II. f. 17.

β. hungarica: fr. purpureis albo-pruinosis, clavatis, basi angustatis, putamine elongato subcurvato.

Pr. domestica γ. hungarica Dattelpflaume Mart. & Schübl. l. c. 309.

Ungarische Zwetsche Dierb.

Hungarian Prune, Austrian Quetsche Engl.

γ. mammillaris: minor, fr. purpureis caesio-pruinosis, basi angustatis, carne molli aureâ solubili.

P. domestica β. mammillaris Mart. & Schübl. Tittlespflaume.

δ. indica: foliis elongatis cuneato-obovatis, fr. virescentibus albo-pruinosis clavatis, putamine acutissimo.

P. domestica δ. indica Schübl. & Mart. l. c. Fructus albovirides, ante maturitatem frequenter decidui, fere insipidi.

ε. Imperatrix: fr. maximo ovato violaceo-caerulescente, carne duriusculâ sapidâ solubili.

P. domestica 10. Imperatrix Risso l. c. 79.

Imperatrice violette Lois. l. c. t. 18.

P. dom. Imperatricis violaceae Lgl. l. c. 104.

Blaue Kaiserpflaume Siechl. Obstg. XIII. t. 9.



Haec et sequentes species v. varietates ex *Oriente* verisimiliter ortae; in *Europae* hortis coluntur. 5.

- β.* obtuse acutato spurie subangulato ovali; gemmae patentes subconfertae; folia lanceolato-ovata subacuminata; drupae oblique ovatae, atrocaeruleae mediocres.
10. ***Prunus domestica*** Lgl. l. c. 24.  
*P. damascena* Rchb. l. c. 646. 4145. (excl. var. b, c, et d).  
*P. damascena* cyanocarpa et haematocarpa *Dierb.* (p. p.)  
*P. oeconomica* *Borkh.* — *P. dom. δ. juliana* L.  
*P. dom. α. germanica* (elata, ramis pyramidatis, fructibus atropurpureis cyaneo-pruinosis utrinque obtusis) *Schäbl. & Mart.* l. c.  
 Quetsche, Zwetsche, *Lois.* t. 55. f. 6. — *Nois.* l. c. 144. n. 2.  
 Common Quetsche, german Prune Angl.  
 Arbor mediocris, ramis muticis. Pedunculi subsolitarii, petala albo-virescentia. Praecipue in *Germaniâ* ubique colitur et fructus ejus, Zwetschen, Zwetschgen, crudi et cocti frequentissime alimento inserviunt, exsiccati et conditi quoque in commercium veniunt.  
*α. vulgaris:* carne obscure flavâ, solubili.  
 Gemeine Zwetschge *Sickl.* XIII. 3. — *Plench offic.* Gew. 379. f. a.  
 Subvarietates exstant fructu longiore et brevior, praecoci et serotino, flore semipieno et pleno foliisque variegatis.  
*β. major:* fr. majore, magis aromatico praecociore, carne viridulâ subadhaerente.  
 Grosse Früh- oder Zucker-Zw. *Pom. Franc. I.* 11. f. 17. — *Sickl.* XIV. 2, XX. 22.  
*γ. minor:* vix major fructu *P. syriacae* (Mirabelle) oblonga, dulcis.  
 Kleine Zucker-Zw. *Diel.*  
*δ. Ranslebeni:* fr. mediocri ovali rubicundo-caeruleo, carne adhaerente flavescente succosâ vinoso-acidulâ.  
 Ransleben's Zw. *Lgl.* 89.  
*ε. versicolor:* fr. mediocri ovali obscure caeruleo, flavescenti griseo-punctato, carne albo-flavâ duriusculâ saccharatâ adhaerente.  
 Nikitaner blaue Früh-Zw. *Lgl.* l. c. 2.  
*ζ. praecox:* fr. mediocri oblique ovali obscure caeruleo, carne viridulo-flavâ firmâ dulci-vinosâ adhaerente.  
 Wahre Früh-Zw. *Lgl.* l. c. 6.  
*η. anglicana major:* fr. magno, fere obovato, dorso valde convexo, atrocaeruleo flavo-punctato, carne solubili virescenti-flavâ.  
 Grosse englische Zw. *Lgl.* l. c. 16.  
*θ. transilvanica:* fr. ovali inferne subattennato mediocri atrocaeruleo, carne albido-flavâ duriusculâ, dulci-vinosâ adhaerente.  
 Siebenbürger Zw. *Lgl.* l. c. 21.  
*ι. anglicana:* fr. mediocri breve ovali obscure violaceo, carne aureâ firmâ saccharatâ solubili.  
 Englische Zw. *Lgl.* l. c. 28. — Englische Pflaumenzw. *Dierb.*  
*κ. incomparabilis:* fr. ovali mediocri obscure caeruleo, carne aureâ firmâ succosâ dulci adhaerente.  
 Unvergleichliche Zw. *Lgl.* l. c. 31.  
*λ. acuminata:* fr. ovato acutiusculo rubro-caeruleo magno, carne flavâ firmâ vinoso-acidulâ succosâ adhaerente.  
 Spitzzw. *Lgl.* l. c. 33.  
*μ. mediolanensis:* fr. magno depresso-ovalis obscure violaceo, carne ochroleucâ v. aureâ adhaerente firmâ tenerâ succosâ aromaticâ.  
 Mailändische Kaiserpflaume *Lgl.* l. c. 52.  
*ν. hierosolymitana:* fr. longe ovato magno violaceo, carne subsolubili flavescente firmâ dulci-vinosâ.  
 Violette Jerusalem-pflaume *Lgl.* l. c. 54.  
*ο. orleana* (*Lgl.* l. c. 59. gelbe Frühzwetsche): fr. magno difformi ovali utrinque compresso luteo.  
 G. Don adhuc alias enumerat varietates absque ulteriori descriptione: Quetsche de Brême, Early Leipzig Q., long green Q., St. Martin's Q., Q. précocce, Turkish Q. et Quetsche verte.
11. ***P. oxycarpa*** *Bechst.* *Forsth.* 159 et 458. — *Bluff & Fglt.* *Comp. Fl. Germ.* ed. 1. 1. 598. 1268. — *Lgl.* l. c. 96.  
*P. damascena* b. haematocarpa *Rchb.* l. c. (p. p.) — *Dierb.* (p. p.)  
 In calcareis *Franconiae*, *Thuringiae* (*Meiningen*). 5.

(b) pubescentes; gemmae distantes patentes; pedunculi subgeminii; folia lato-

(b) rec  
ma  
ere  
lita  
mir  
tia

lanceolata pilosa ac-  
tate duplicato-serra-  
ta, petiolis longis  
pilosus biglandulo-  
sis; drupae me-  
diocres compressae  
ovali-obovatae fus-  
co-rubrae, pedicel-  
lis longis pilosis,  
putamine solubili  
oblique oblongo-  
ovali superne rotun-  
dato inferne inciso-  
acuto.

Folia rotundato-ovata, obtuse serrata, glabra, atrovi-  
rentia. Flores 2-3ni, viridulo-albi, calycibus glabris. Drupae  
basi attenuato-acuminatae, rubro-variegatae. Gemmae ca-  
staneae.

*a. vulgaris*: fr. mediocri compresso ovali-obovato fuscen-  
centi-rubro griseo-punctato, caerulescenti-pruinoso, carne  
flavâ siccâ subpulposâ acidulo-dulci vinosâ.

Rothe Zwetsche *Lgl.* l. c. 96. — Spitzpflaume,  
Rosinenpfl., spitzige rothe Pfl. *Bechst.*

*β. burgundica*: fr. mediocri obovato obscure violaceo au-  
reo-striato punctatoque, carne flavescenscè duriusculâ suc-  
cosâ saccharatâ subadhaerente.

Burgunder Zwetsche, Prune de Bourgogne  
*Lgl.* l. c.

*γ. Isabellae*: fr. magno cylindraco-ovali basi subatte-  
nuato caeruleo-rubro fulvescenti-variegato; carne flaven-  
centi-albâ nitidâ radiante duriusculâ solubili dulci.

Isabelle *Lgl.* l. c. 102. — Pomol. Mag. III. n. 150.  
*δ. variegata*: fr. magno difformiter ovali rubro-caeruleo;  
floribus minutis, foliis parvis albo- et flavescenti-varie-  
gatis.

b) recti, glabriusculi, gem-  
mae remotae patentēs v.  
erectae, pedunculi subso-  
litarium; folia serrata acu-  
minata subtus pubescen-  
tia supra glabra,

(a) oblongo-ovata

*a. grosse et profun-*  
*de duplicato-serra-*  
*rata, sublancco-*  
*lata, petiolis lon-*  
*gis supra pilosis,*  
*biglandulosus,*

*a) drupae maxi-*  
*mae, obovatae*  
*v. ovals rubro-*  
*caeruleae, pedicel-*  
*lis longis pilosis:*  
*putamen solubile*  
*lanceolato-obovatum,*  
*inferne longe*  
*superne obtuse*  
*acutatum.*

12. **P. imperialis** *Lgl.* l. c. 35.

P. domestica h. erythrocarpa *Rehb.* l. c.

In hortis culta. 5.

Arbor magna, ramosissima, ramis erecto-patentibus. Folia  
obscure viridia, longa, angusta, pendula, plana, rigida, cras-  
siuscula, valde rugosa, interdum lanceolata, petiolis pollicia-  
ribus crassis.

*a. rubra*: fr. maximo ovato-oblongo dilute violaceo, carne  
duriusculâ dulci sapidâ solubili.

P. domestica 12. *imperialis* *Risso* l. c. 80.

Impériale violette *Lois.* l. c. 201, 42. t. 15.

Rothe Kaiserpflaume *Lgl.* l. c. 35.

Blaue Kaiserpflaume *Sickl.* Dtsch. Obstg. IV. 104. XIII. t. 9.

Blaue Eierpflaume *Christ.* 91. — Red Magnum bonum  
Angl.

*Risso* describit folia pallide viridia, fructum sulco di-  
stincto percursum, epidermide coriaceâ.

*β. pseudocerasifera*: fr. parvo regulariter ovali, ob-  
scure rubro, carne alboflavâ molli tenerâ succosâ dulci  
vix acidulâ subsolubili.

Rothes Zeiberl *Lgl.* l. c. 38.

*γ. cypria*: fr. maximo compresso obovato rubro-striato,  
carne dilute flavâ fibrosâ succulentissimâ duriusculâ dulci-  
vinosâ solubili.

Rothe Eierpflaume *Lgl.* l. c. 40. — cyprische  
Pfl., rothe Marunke, Amaliapfl., Hoheits-,  
Prinzessinpfl. Damas-Aubert rouge. *Sickl.*  
VIII. t. 10.

*δ. Dörrelli purpurea*: *Lgl.* l. c. 42. subvar. praec.

*ε. agensis*: fr. adhuc majore, ad pedunculum magis pro-  
ducto.

Agener Pfl. *Lg.* l. c. 43. — Prune d'Agén.

*ζ. Hulingi superba*: fr. mediocri obovato obscure rubro  
flavo-punctato, carne adhaerente flavâ duriusculâ dulci gra-  
tissime aromaticâ.

Die rothe prachtvolle Huling, Huling su-  
perbe rouge *Lgl.* l. c. 43.

*η. rubella*: fr. parvo ovali utrinque acuto fusco-rubello,  
carne aureâ molli succosâ adhaerente.

Hahnenhode, Rognon de Coq. *Lgl.* l. c. 46.

*θ. violacea*: fr. magno brevi obovato-ovali rubro-violaceo



(Prunus imperialis)

aureo-punctato, carne firmâ albo-flavescente diaphanâ dulci gratissimâ solubili.

Violette Kaiserpflaume *Lgl.* l. c. 47. — Grosser Mogul, blaue Kaiserpflaume Pom. Austr. t. 178.c. *Diaprea rubra*: fr. majore subovato rubro-caeruleo flavescente-punctato, carne albo-flavescente firmâ dulcissimâ gratissimâ solubili.Rothe Diaprée *Lgl.* l. c. 50. — Diaprée rouge *Duh.* ed. *Lois.* l. c. 102. n. 37. t. 20. f. 12. — Roche Corbon v. Courbon; glühende Kohle grd. (p. p.).

x. major: fr. obovato rubescenti-caeruleo maximo, carne subaureâ firmâ succulentissimâ gratissimâ fere totâ solubili.

Blaue Eierpflaume *Lgl.* l. c. 57.

β) subtus ad nervos et venas pilosa; drupae majusculae ovales flavescenti-virides, pedicellis longis tenuiter pilosis; putamen adhaerens, oblique lanceolatum, utrinque subaequaliter acutum.

13. *Prunus italica* *Lgl.* 75. (non Borkh.)*P. damascena* c. chlorocarpa *Rehb.* l. c. — *Dierb.*In *Europâ australi* praesertim culta. 5.

Arbor magna, ramis erecto-patentibus. Ramuli hornotini tenues, cinereo-fusci, basin versus pilis sparsis vix conspicuis, gemmis erectis distantibus brevissimis obtuse acutis subimmersis. Folia mediocria, 3'' longa, 1½'' lata, pendula, plana, crassa, rigida, dilute viridia, serraturis obtusis, undulata, petiolis pollicaribus crassiusculis supra obscure rubris.

α. viridis: fr. majore ovali flavescenti-viridi cano-interdum rubro-punctato albido-pruinoso, carne viridi firmulâ tenerimâ succosâ saccharatâ nucleo adhaerente.

Italienische grüne Zwetsche, Verdage d'Italie *Lgl.* l. c. 75. — Grüne Zw. Pom. austr. t. 183.

β. cylindracea: fr. subcylindraceo-ovalis mediocri flavescenti-viridi, carne flavescenti-viridi tenerâ succulentissimâ saccharatâ adhaerente.

Grosse grüne Weinpflaume *Lgl.* l. c. 71. — *Sickl.* X. t. 15.

γ. insulana: fr. mediocri obovato informi inferne acuminato viridi incano-punctato, carne flavoviridi succosâ saccharatâ adhaerente.

Grüne Inseppflaume *Lgl.* l. c. 73. — Grüne Savoyer Pfl. *Dierb.* — Isle verte *Lois.* l. c. t. 20. f. 9.

δ. gracilis: fr. minimo ovali viridi caesio-pruinoso rubropunctato, carne solubili virescenti-flavâ molli tenerâ succosâ grate dulci-vinosâ.

Kleine grüne Zwetsche *Lgl.* l. c. 77.

β. denticulata; rami arrecti pyramidati; pedunculi subsolitarii: petala elliptica angusta disjuncta; drupae oblongo-ellipticae serotinae saturatae violaceae.

(2) elliptica v. elliptico-obovata basi subcordata duplicato-serrata subrugosa, subtus in axillis venarum pilosa; petioli apice biglandulosi ramulique juniores pubescentes; stylus staminibus brevior; drupa globosa nigricans.

33. **C. Fontanesiana** Sp. l. c. 410.

*Prunus graeca* Desf. in Ht. Par.

In *Graecia* (?). 5.

Arbor habitu *C. avium*, ramis adscendentibus griseo-fuscescentibus. Folia laete viridia, 2—3'' longa, 1—2'' lata: serraturis obtusis glandula mucronulatis, petiolo tenui 6—12'' longo. Flores odoratissimi, albi, illis *C. Mahaleb* 2—3plo majores. Corymbi 6—10flori, laterales et terminales, copiosissimi. Gemmarum squamae interiores velutinae. Lobi calycinii elliptici obtusi integerrimi, tubo dimidio breviores. Petala calyce duplo majora, staminibus paulo longiora. Drupa magnitudine fructus minoris *C. avium*. In horto Parisiensi culta, mense Majo corymbis florum innumeris pulcherrima, fructus paucos tantum proferens.

34. **C. paniculata** Loes. l. c. 9.

*C. (Padus) paniculata* Ser. l. c. 539. 24. —

*G. Don* l. c. 514. 28.

*Prunus paniculata* Thb. Jap. 200. — *Willd.*

l. c. 988. 11. — *Sprg.* l. c. 477. 30.

In *Japonia*. 5.

Arbor, tota glabra, ramis et ramulis erectis. Folia sparsa, petiolata, venosa, inaequalia, bipollicaria et ultra, petiolis erectis lineam longis. Flores albi. Differt a *C. Mahaleb* paniculâ longe majore et patentissimâ, floribus minoribus, foliis magis oblongis inferne attenuatis acuteque serratis.

**Obs.** Si *Sprg.* l. c. folia ovato-oblonga ciliata, racemos pilosiusculos subcompositos, lacinias calycinicas petalaeque dentata dicit, longe aliam prae se habuisse speciem credas; *Thunb.* tales notas minime indicat.

In *Stend. Nel.* ed. 2. 402. sub *Pruno* adhuc sequentes species ex *India orientali* nomine tantum notae indicantur:

*Cerasus adenophylla*. *C. capricida* Wall. L. (?)

— *glaucofolia* Wall. L.

— *integerrima* Wall. L.

— *martabanica* Wall. L.

— *rufa* Wall. L. *C. ferruginea* Wall. Hb.

— *triflora* Wall. L. *Prunus triflora* Roxb.

— *Wallichii*. *C. acuminata* Wall. L. *Prunus acuminata* Wall. Hb.

## Species e genere exclusae:

*Cerasus acuminata* *G. Don*

— *americana* *H. A.*

— *aspera* *Loes.*

— *brasiliensis* *G. Don*

= *Laurocerasus acuminata*.

= *Prunus hyemalis*.

= *Microcerasus aspera*.

= *Laurocerasus brasiliensis*



Cerasus canadensis Lois.	=	Padus canadensis.
— Capollin DC.	=	— Capollin.
— capricida G. Don	=	Laurocerasus undulata.
— Capuli Ser.	=	Padus Capollin.
— caroliniana Mx.	=	Laurocerasus caroliniana.
— Chicasa Ser.	=	Prunus Chicasa.
— chinensis G. Don	=	Microcerasus sinensis.
— demissa Nutt.	=	Padus demissa.
— densiflora Sp.	=	— densiflora.
— Duerinckii Mart.	=	— Duerinckii.
— elliptica Lois.	=	— elliptica.
— ferruginea Ser.	=	Laurocerasus ferruginea.
— fimbriata Sp.	=	Padus fimbriata.
— glandulosa Lois.	=	Microcerasus glandulosa.
— glaucifolia Wall.	=	Padus glaucifolia.
— Hixa Sp.	=	Laurocerasus Hixa.
— humilis G. Don	=	Microcerasus humilis.
— hyemalis Ser.	=	Prunus hyemalis.
— japonica Lois.	=	Microcerasus japonica.
— illicifolia Nutt.	=	Laurocerasus illicifolia.
— incana Sp.	=	Microcerasus incana.
— incisa Lois.	=	— incisa.
— Laurocerasus Lois.	=	Laurocerasus officinalis.
— longifolia Nutt.	=	Padus Capollin.
— lusitana Mill.	=	Laurocerasus lusitana.
— — β. Hixa Ser.	=	— Hixa.
— micrantha Sp.	=	Padus micrantha.
— napaulensis Ser.	=	— glaucifolia.
— nigra Lois.	=	Prunus nigra.
— occidentalis Lois.	=	Laurocerasus occidentalis.
— orientalis Sp.	=	Microcerasus orientalis.
— oxyphyrena Sp.	=	Padus oxyphyrena.
— Padus Ser.	=	— vulgaris.
— — γ. rubra Ser.	=	— rubra.
— pectinata Sp.	=	Microcerasus pectinata.
— Phoshia Ham.	=	— Phoshia.
— prostrata Lois.	=	— prostrata.
— — Ser.	=	— et incana.
— pubescens Ser.	=	Prunus pubescens.
— pygmaea Lois.	=	— pygmaea.
— racemosa Gilib.	=	Padus vulgaris.
— salicifolia Ser.	=	Laurocerasus salicifolia.
— salicina G. Don	=	Prunus salicina.
— serotina Hook.	=	Padus virginiana.
— — Lois.	=	— serotina.
— — β. retusa Ser.	=	— retusa.
— sinensis Sp.	=	Microcerasus sinensis.
— sphaerocarpa Lois.	=	Laurocerasus sphaerocarpa.
— undulata Ser.	=	— undulata.
— virginiana Mx.	=	Padus serotina.
— — Ser.	=	— virginiana.

### 9. P a d u s Mill.

Mch. Meth. 671. — Host Fl. Austr. II. 4.

Cerasus sect. II. §. 1. Padi veri Ser. in DC. l. c. 539. — Cerasus sect. II. Laurocerasus §. 1. Padus G. Don l. c. 514. — Cerasus sect. III. a. foliis non persistentibus Spach l. c. 412. — Cerasus §. 2. Flores in racemis ramorum foliosorum terminalibus, post evolutionem foliorum ortis; foliis deciduis. Padus Torr. & A. Gr. l. c. 410.

Prunus c. Cerasus β. Padus a. Padi veri. Endl. l. c.

#### 1. Racemi solitarii (sparsi)

##### 1) simplices v. subcompositi,

##### (1) penduli vel

a. inclinati laxi; petala elliptica unguiculata

a) fimbriolata v. denticulata, staminibus semel longiora; folia elliptico-oblonga v. elliptico-obovata acuminata tenuia inaequaliter (patentim) serrata subrugosa, petiolis biglandulosi; nucleus ovaliglobulosus reticulatim exsculptus. Racemi

(a) laxi nutantes; petala integra; drupae nigrae.

1. **P. vulgaris** Host l. c. — *Borkh.* II. 1426. *P. avium* Mch. l. c. & *Wett. Fl.* — *Mill. Dict.* 1.

*P. racemosa* *Gilib.* *Fl. Lith.* V. 231.

*P. Theophrasti* *Erndt.* *Virid. Varsov.* 87.

*Cerasus Padus* *DC. Fl. Fr.* IV. 580. — *Lois.*

in *Dub.* ed. nov. V. 2. t. 1. — *Ser.* in *DC.*

l. c. 539. 26. (excl. var.  $\gamma$ ). — *G. Don*

l. c. 515. 31. (excl.  $\gamma$ ). — *Spach* l. c. 412.

— *Bechst.* *Forsth.* 161 et 424. — *Bluff* &

*Fgh.* l. c. 595. 1258.

*Cerasus racemosa* *Gilib.* *Exerc. phytol.* I. 349.

*Prunus Padus* *L. Sp. pl.* 677. — *Willd.* l. c.

984. 1. — *Spry.* l. c. 478. 42. — *E. B.*

t. 353. — *Fl. Dan.* t. 205. — *Hague Arzn.*

*Gw.* IV. 40. — *Sv. Bot.* t. 121. — *Rchb.*

l. c. 642. 4119. — *Ledeb.* *Fl. ross.* II. 8.

*Fl. Alt.* II. 212.

In collibus et sepibus *Europae* et *Asiae* me-

diae et borealis usque ad littora maris

glacialis. 55.

Traubenkirsche, Ahlkirsche, Elsen-

beere etc. germ. — Merisier à grapes,

Putiet, Laurier Putiet, Faux

bois de Ste. Lucie gall. — Bird-,

Fowl-, Cluster-Cherry Angl.

Frutex v. arbor 20pedalis et ultra, cortice

laevi rufo-fusco, ramis patentibus punctatis

subverticillatis, junioribus pubescentibus. Folia

adulta exceptis venarum axillis paginae inferioris

glabra, saturate viridia, duplicato-serrata,

serraturis acutis, 3pollicaria, pollicem lata, peti-

olis longis. Stipulae lineares, dentatae. Raci-

mi multiflori, fere semipedales. Calycis lac-

ciniae reflexae, glanduloso-serrulatae. Petala

alba. Drupae magnitudine pisi, globosae, succo-

sae, nigrae, acerbae, amarulae, nucleo sub-

rotundo poroso; in *Suetiâ*, *Laponiâ* et *Cam-*

*tschata* cum spiritu v. sale comeduntur. Cor-

tice viridi tingitur. Lignum rubicundo-luteum,

tenax, recens male olens.

$\alpha$ . vulgaris: floribus magnis laxis longe

pedunculatis.

$\beta$ . *Padus*  $\alpha$ . *Ser.* & *G. Don* l. c. et plurim. auct.

$\beta$ . parviflora *Ser.* l. c. floribus minoribus,

pedunculis brevioribus densioribusque. *Oed.*

*Fl. Dan.* l. c.

$\gamma$ . bracteosa *Ser.* floribus numerosissimis,

pedicellis longe bracteosis.

$\delta$ . rubra: racemis erectis, foliis tenuissimis

duplicato-serratis, drupis rubris.

*Prunus rubra* *Willd. Bmz.* 237. t. 4. f. 2.

(non *Ait.*).

*Pr. Padus*  $\beta$ . rubra *Willd. Sp. pl.* l. c. 985.

(non *Ser.*).

$\epsilon$ . leucocarpa: ramis pendulis, drupis al-

bidis.

In alpibus *Salisburgensibus* (v. *Braune*) et

*Hungariâ.* (*Host.*)

$\zeta$ . chlorocarpa: ramis pendulis, drupis

(maturis) viridibus.

In alpibus *Salisburgensibus.*

**Obs.** Var.  $\epsilon$ . et  $\zeta$ . fructibus quoque dulci-

bus insignes forsan propriam sistunt spe-

ciem.

$\eta$ . nana *Wdr.* caule pumilo.

$\theta$ . arctica: fruticosa, racemis erectis, flo-

ribus inodori foliisque minoribus.

Ad flumen *Tana Fennmarchiae* (*Whlb. Fl.*

*Lapp.* 139.) et *Sibiria altaica* (*Ledeb.* l. c.).

$\iota$ . macrocarpa: drupis maximis (immaturis

adhuc volumine pruni vulgaris).

*Prunus caucasica* *Pall. Fl. Ross.* I. 17. <sup>3</sup>

In *Imeretiâ* inter fluvium *Rion* et rivulum

*Kwirila.* — Ulterius inquirenda et veri-

similiter specie distincta.



(b) conferti abbreviati erecti; petala exciso-obcordata; drupae atrorubentes.

b) apice truncata et denticulata, staminibus dimidio longiora; folia obovata v. elliptico-v. lanceolata-obovata cuspidata supra glabra, subtus in axillis venarum plus minus barbata, serraturis cuspidatis valde inaequalibus; petioli apice 2-4 glandulosi; pedicelli calycibus 3-4 plo longiores; drupa (atropurpurea) ovoidea acuta: nucleo conformi, foriter reticulatim exsculpto.

b. horizontales, floribus confertis; petala orbiculata; folia subcordato-ovalia acuta serrulata.

(2) patentes v. adscendentes.

Folia elliptica v. elliptico-obovata breve acuminata, tenue serrulata, supra glabra, subtus

a. aequidem glabra, basi subcordata, petiolo bi- v. eglanduloso; petala cuneiformi-orbiculata fimbriolata staminibus dimidio longiora; drupa subglobosa (nigra): nucleo ovali obtuso reticulatim exsculpto.

Racemi (ut in sequente) densi, subinde inclinati; pedicellis calyce semel v. triplo longioribus.

b. in axillis nervorum pubescentia, petiolo 2-4 glanduloso; petala subsessilia (in 7 sessilia) orbiculata integerrima

a) vel apice denticulata, staminibus paulo longiora; drupa globosa (atropurpurea): nucleo ovali obtuso rugis basilariibus et lateraliibus non anastomosantibus exsculpto.

b) tubum calycinum aequantia, stamina paulo superantia; drupa ovalis obtusa (atropurpurea): nucleo ovali-oblongo obtuso reticulatim exsculpto.

z. edenticulata *Peterm.* (Fl. Lips. ex. 343.) petalis integerrimis.

## 2. *Padus rubra.*

*Prunus rubra* *Ait.* Ht. Kew. II. 162. — *Guimp.* fremd. Holz. t. 78. (non *Willd.*).  
C. *Padus*  $\gamma$ . *rubra* *Ser.* l. c. — *G. Don* l. c.  
C. *Padus* fructu rubro *DC.* l. c. — *Lois.* l. c. In *America boreali.* 5.

Arbor quam *P. vulgaris* minor, foliis latioribus, fructibus paulo majoribus, calycis laciniis integerrimis, cultura perstans. A *P. virginiana* differt foliis firmiter brevioribus, racemis densifloris subcylindricis rigide erectis, fructu duplo majore, ramulis crassioribus, minus nitidis haud coloratis.

## 3. *P. oxyphyrena.*

*Cerasus oxyphyrena* *Spach* l. c. 413.

Hab. . . . . 5.

Arbor parva, ramulis gracilibus punctatis griseo- v. rufescenti-fuscis. Folia opaca, parum rugosa, 3-5'' longa, 1-2'' lata, subtus glauca v. pallida, petiolo 6-8'' longo, stipulis membranaceis caducis linearibus petiolo longioribus. Racemi 4-7 pollicares: pedicellis tenuibus adscendentibus, inferioribus 2-3 ex axilla folioli ortis. Calycis lacinae ovato-lanceolatae, acuminatae, fimbriolatae. Stylus post anthesin staminibus longior. Drupa circiter 5'' longa, diam. 3'''. (*Spach.*)

## 4. *P. Duerinckii.*

*Cerasus (Padus) Duerinckii* *Martens* Not. sur quelq. nouv. esp. d. pl. 4. ex *Wlp.* Rep. II. 10.

In *St. Louis.* h.

C. *virginiana* affinis.

## 5. *P. fimbriata.*

*Cerasus (Padus) fimbriata* *Spach* l. c. 416. In *America boreali.*

Arbor parva, ramorum cortice griseo v. rufescente. Folia illis *P. micranthae* et densiflorae similia, glandulis petioli minimis, serraturis cuspidatis subaequalibus. Racemi 2-4 pollicares: pedicellis patulis, adscendentibus v. reflexis filiformibus. Flores minuti; calycis lacinae ovali-subrotundae, fimbriatae. Petala tubo longiora. Stylus et stamina subsisometra. Drupae magnitudine illarum *P. vulgaris*, edules, leviter adstringentes.

## 6. *P. densiflora.*

*Cerasus (Padus) densiflora* *Spach* l. c. 415. In *America boreali.* 5.

Arbor parva, sequenti habitu, foliatioe et florum minutie similis. Racemi densissimi, 3-5 pollicares. Calyx cyathiformis, laciniis brevissimis ovali-triangularibus obtusis fimbriatis. Drupa magnitudine pisi, primum rubella, carne succulentâ dulci. Nucleus circ. 3'' longus et 2'' latus, utrinque rugis 5-6 nerviformibus instructus: 2-3 lateraliibus transversis, reliquis basilariibus, omnibus versus medium nuclei oblitteratis. Folia interdum elliptico-oblonga.

## 7. *P. micrantha.*

*Cerasus (Padus) micrantha* *Spach* l. c. 414. C. *virginiana*  $\beta$ . *humilis*, floribus minoribus. *Torr. & A. Gr.* l. c. 410. (iisque testibus). *P. nana* *Du Roi.*

Racemi laxi: pedicelli calycis 2-4plo longiores.

In America septentrionali. 5.

Arbor parva, ramorum cortice nigricantifusco. Folia tenuia, supra nitida, subtus pallida v. glaucescentia, basi ut plurimum cordata, fasciculorum paginae inferioris pilis flavis decumbentibus, serraturis subaequalibus cuspidatis valde approximatis, saepius recurvatis. Calyx cyathiformis, lobis brevissimis ovali-subrotundis denticulatis. Corolla quam illa *P. vulgaris* 3-4plo minor, magnitudine ejus *P. serotinae*. Racemi graciles, 3-5-pollicares. Drupa magnitudine pisi, primum rubella: nucleo compresso 3'' longo, 2'' lato, rugis anastomosantibus quam in *P. vulgari* obsolterioribus.

*P. serotina* tribus praecedentibus paritate florum accedens facile ab illis distinguitur foliis subcoriaceis, serraturis basilariibus glandulosis. (*Spach.*)

(3) adscendentes v. erecti: pedicelli longitudine calycum; petala cuneiformi-obovata integerrima longitudine staminum; stylus e calyce parum exsertus; drupa obovato-sphaerica: nucleo laeviusculo. Folia nitida subcoriacea, a. elliptica v. elliptico-oblonga v. ovato-elliptica, acuminata v. cuspidata, in petiolum decurrentia, subtus secus costam glabra v. velutina: serraturis aequalibus obtusis, inferioribus glanduliferis.

#### 8. *P. serotina* Wett. Fl.

*Cerasus serotina* Loes. l. c. 3. — *Ser.* l. c. 540. 33. — *G. Don* l. c. 515. 41. — *Sp.* l. c. 416. — *Torr. & A. Gr.* l. c. 410. (p. p.) *Prunus serotina* Ehrh. Beitr. III. 20. — *Wild.* Bmz. 239. t. 5. f. 2. Sp. pl. 986. 3. — *Sprg.* l. c. 478. 40. — *Rchb.* l. c. 4122. — *Guimp., Otto & Hayne* Holz. t. 37. (non *Pursh & Torr.*).

*Prunus virginiana* Mill. Dict. — *Du Roi* Harbk. II. 191. — *Wgh.* Amer. t. 14. f. 3. — *Ell. Sk.* — *Torr.* Fl. of unit. stat. I. 467. (non *L.* et alior.)

*C. virginiana* Michx. Fl. I. 283. — *Michx.* fil. Sylv. II. 204. t. 88. — *Hook.* Fl. bor. Am. I. 169. (non *Ser.*).

*Cerasus silvestris*, fructu nigricante in racemis longis pendulis *Phytolaccae* instar congestis. *Gron.* Virg. 75.

In silvis a Canada ad Floridam et respublicas occidentales usque. 5.

Arbor 30-80pedalis, ramis patentibus, cortice ramorum griseo v. rufusco punctato, ligno duro compacto. Folia subcoriacea, 2-4'' longa, 15-20'' lata, ovalia, oblonga v. lanceolato-oblonga (ovato-lanceolata *DC.*, lato-lanceolata *Ehrh.*), acuminata, glabra, vel subtus secus nervum medium barbata (bifariam pubescentia *Ehrh.*), supra laevia nitida, simpliciter serrata, serraturis tenuibus adpressis v. incurvis callosis (imbricatis numerosissimis, infimis subglandulosis); petioli v. foliorum basis plerumque glandulis 2 v. pluribus; (serraturae inferiores 2-4 glandula majuscula depressa instructae, reliquae glandula punctiformi mucronulatae; petiolo ut plurimum eglanduloso. Stipulae membranaceae, rubescentes, petiolo longiores, caducae *Spach.*) Racemi elongati, patentes, laxi, multiflori, demum mutantes, 2-5pollicares: pedicellis horizontalibus, interdum pubescentibus. Flores minuti. Calyx cyathiformis, laciniis ovato-oblongis obtusis denticulatis. Petala exciso-obcordata. Drupae magnitudine pisi, diam. 2-3'', obscure purpureae, edules, amarulae. — Incolis wild black v. Choke Cherrys, Indis „Creeks“ Tawquoy-meen-ahtik et Tawqaw-y-mena vocatur.

#### 9. *P. retusa*.

*Cerasus serotina*  $\beta$ . *retusa* *Ser.* l. c. — *G. Don* l. c.

b. ovato-subrotunda obtusissima subretusa subtus villosula, nervo medio subtus supraque pilosa.



In Americâ meridionali (?). 5.

Species valde dubia, vix autem varietas praecedentis.

(4) erecti,

a. densi; petala orbiculata; drupae subglobosae obscure rubrae; nucleo sublaevi ovali; folia acuminate, duplicato-serrata: serraturis subulatis, in axillis venarum subtus plerumque pilosa, discoloria opaca, petiolo 2—4 glanduloso,

a) ovali-oblonga v. elliptica; pedicelli dissitii, petala ciliata.

10. **Padus virginiana.**

*Cerasus virginiana* Ser. l. c. 539. 27. — *G. Don* l. c. 33. — *Sp.* l. c. 414. — *Torr.* & *A.Gr.* l. c.

*Prunus virginiana* L. *Sp. pl.* l. 473. — *Willd.* l. c. 985. 2. *Bmz.* 238. t. 5. f. 1. — *Sprg.* l. c. 41. — *Guimp., Ottoj & Hayne* l. c. t. 36.

*Prunus serotina* Pursh l. c. (non Ehrh.). — *Torr.* l. c. 468.

*Cerasus serotina* Hook. l. c. — *Lois.* l. c. (?).

*Prunus arguta* Bigel. in lt. (*Catesb. Car.* II. t. 19. & *Park.* Par. 599. t. 597. f. 6. a *G. Don* huc ductae a cl. *Torr.* & *A.Gr.* non citantur.)

In Canadâ, Terrâ novâ, ad sinum Hudsonium et magnum lacum servorum (great Slave Lake) atque statibus septentrionalibus ad Louisianae usque. 5.

Arbor (50—60 pedalis) v. frutex humilis, ramis tenuibus laevibus, cortice cinerascens, ligno albo et nigro-venoso valde aestimato. Folia membranacea, 2—3 pollicaria, brevi acuminata, basi interdum subcordata, argutissime et saepius duplicato-serrata, opaca, subtus pallidiora, reticulato-venosa, in axillis venarum subtus barbata, glauca. Petioli glandulis 2 v. pluribus. Racemi in ramulis annatis foliosis terminales, nec rigidi, nec laxi, subnutantes, 2—3 poll.: pedicellis horizontalibus germinibusque glabris. Stigma latum, peltatum. Fructus magnitudine illius *P. serotinae*, edulis, adstringens tamen, incolis Choke-Cherry appellatus, quam in *P. vulgari* 3—4 plo major, primum viridis, tunc ruber, denique nitide ater.

b) ovata glabra subnitida, subtus flavescens-viridia; pedicelli conferti; petala regulariter crenata.

11. **P. virginialis.**

*Prunus virginialis* Wäroth. in *Vhdl. der Marb. naturf. Ges.* II. 253.

In Americâ boreali. 5.

Arbuscula praecedente multo minor, 5—6 pedalis; folia reticulato-venosa, duplo minorâ; racemi plerumque subnutantes, minores, multiflori, pedicellis confertioribus dimidio brevioribus horizontalibus germinibusque glabris; petala et stamina candidiora, illa paulo majora, concava.

c) late ovalia v. obovata acuminata brevi subito, basi saepius subcordata, argutissime serrulata.

12. **P. obovata.**

*Prunus obovata* Beck *Bot.* 37. — *Bigel.* Fl. Bost. ed. 2. 192.

In Americâ boreali. 5.

Haec atque *P. densiflora* et fimbriata *Spach* a cl. *Torr.* & *A.Gr.* cum *P. virginiana* conjunguntur et ne varietate quidem distinguuntur.

b. multiflori; folia lanceolata acutata utrinque glabra, basi subglandulosa, cartilagineo-serrata; drupae globosae nigrae.

13. **P. cartilaginea.**

*Prunus cartilaginea* Lehm. *Del. sem. ht.* Hamb. 1833. (Linnaea X. Litt. Ber. 76.)

In Americâ septentrionali. 5.

Proxima *P. serotinae* et virginianae, diversa foliis lanceolatis multo angustioribus et longioribus acutatis glaberrimis simpliciter cartilagineo-serratis basi subglandulosis.

2) si  
gati  
argu  
basi  
glan  
sub  
cron

c. vel nutantes, foliis longiores, haec ovata v. ovalia, acuta, argute serrulata denticulis rectis, basi saepius emarginata, subtus plus minus pubescentia; calyx hemisphaericus: laciniis brevibus obtusis glanduloso-ciliatis; petala subrotunda; drupae rubrae.

d. floriferi fructiferique erecti; petala fimbriata; folia ovata obtuse serrata glabra, petiolo glanduloso; drupae ex rubro nigrae: nucleo rugosissimo obtuso; caulis fruticosus.

e. folia elliptica acuminata denticulata supra glabra subtus hirsuta; turiones, petioli, pedunculi calycesque hirsuti.

2) simplicissimi terminales elongati; folia lanceolata acuminata argute serrulata utrinque glabra basi biglandulosa; calyces glabri glanduloso-serrati filamentaque sub fructu globoso styli basi mucronato persistentia. (Zucc.)

#### 14. *P. demissa*.

Cerasus demissa Nutt. MS. — Torr. & A.Gr. l. c. 411.

In planitiibus Oregonensibus Oceanum versus et ad ostium flum. Wahlamet. 5.

Frutex 5—6pedalis, fructu adstringente. Petioli plerumque biglandulosi, pedicelli longitudinaliter circumscripti.

#### 15. *P. petraea*.

Prunus petraea Tausch Dendroth. boh. exs. et in Flora 1838. II. 719.

In locis praeruptis petrosis montium Sudetorum. 5.

Proxime affinis *P. vulgaris*. Forsan eadem ac *P. vulgaris* var. *rubra* W.

#### 16. *P. hirsuta*.

Prunus (Cerasus) hirsuta Ell. Sk. I. 341. — Spach l. c. 417.

In Georgia Americae. 5.

Frutex stolonifer, 3—4pedalis. Flores parvi. Drupae obscure purpureae.

#### 17. *P. Capollin*.

Cerasus Capollin DC. MS. — Ser. I. c. 539. 29. — G. Don l. c. 515. 37.

Cerasus Capuli Ser. l. c. 541. 41. — G. Don l. c. 516. 50. — Spach l. c. 422.

Cerasus longifolia Nutt. MS.

Prunus Capuli Cav. ex Sprng. l. c. 477. 31.

Prunus Capollin Zucc. in Abh. der math. phys. Cl. der k. Akad. der Wiss. Münch. II. 345. t. VIII.

Prunus virginiana et canadensis Fl. Mex. ic. ined. (sec. DC.).

Hernand. Mex. 95. ic.

In Mexici regionibus, alpestribus temperatis et frigidis, alt. 8—10,000'; in Jalapae regione pr. Pazcuaro, Real del Monte, Huajalote, Regla etc. in silvis et ad rivulorum ripas. 5.

Arbor mediocris; rami teretes, cortice nigricante cinereo-sulfoso glabri, novelli angulati tenuissime pubescentes. Petioli 4—6'' longi, semiteretes, supra canaliculati, subtus convexi, novelli tenuissime pubescentes, denique glabri. Folia et basi rotundata lanceolata vel oblongo-lanceolata, acumine longo subfalcato in mucronem setaceum excurrente, serraturis densis praeter infimam ad basin folii utrinque patentem glanduloso-capitatum adpressis falcatis, membranacea, nervo medio subtus prominente percursa, venulis lateralibus numerosis tenuibus reticulata, 2—5'' longa, 1—2'' lata. Stipulae deciduae. Racemi erecti, 3—4pollicares, multiflori floribus alternis a basi successive evolutis approximatis patentibus, magnitudine florum Pruni (Laurocerasi) lusitanicae; rhachis subangulata glabra; bractea singulos flores fulcens (jam delapsa) et cicatrice ad basin cujusvis pedicelli teretis glabri vix 2'' longi agnoscenda. Calyx breviter urceolatus v. subplanus, laciniis patentibus demum subreflexis ovato-triangularibus acutis, setis in utroque margine 2—3 apice glandulosis ciliatis. Petala patentia, decidua, ex ungue brevi lineari obovato-rotundata, tenuissime crenulata, radiatim venosa, glabra, calyce duplo longiora alba. Stamina 20, uniseriata, inaequalia, eo modo ut 5 cum calyce lac. alterna sint brevissima, alia 5 his opposita parum longiora, reliqua 10 longissima attamen petala vix aequantia; filamenta filiformia, glabra, alba, in alabastro inflexa; antherae parum supra basin affixae, ovatae, obtusae, basi emarginato-subbilobae, anticae, flocculares, loculis per paria junctis longitudinaliter univalvibus, pal-

varietas

27. — G. Torr. &

473. — f. l. — & Hayne

Chrh.). —

l. c. (?)

Par. 599. ae a cl.

Hudson (great northern)

humilis, cascente, estimato. crevi acurargutis. ca, sub- axillis gli gland- nis anno- nec laxi, rizonta- latum, P. se- incolis P. vul- is, tunc

dl. der

r, 5—6- minora; multi- brevioris; pe- majora,

igel. Fl.

bricata virg- quidem

em. ht. r. 76.)

ianae, tioribus pliciter osis.



(Padus Capollin) lide sulphureae. Ovarium calycis tubo inclusum, ovato-subconicum, glabrum, ovulis duobus pendulis. Stylus cylindricus, crassus, erectus, stamina subaequans, desinens in stigma crassum, peltatum vertice parum concavum. Drupa magnitudine fructus Cerasi avium, globosa, calyce filamentisque persistentibus basi cincta, succoso-carnosa, sapore grato acidulo-dulci, nigra (?), monoplyrena. Nucleus ejusdem fere ac in Ceraso figurae, sed parum minor, osseus, obovato-orbicularis, compressiusculus utrinque convexus, praeter rugas nonnullas a cristâ marginali convexâ obtusâ per utramque seminis faciem oblique ascendentes laevis, (abortu) monospermus. Semen obovato-orbiculare, convexo-compressiusculum. Testa membranacea, fusca, vertice notata maculâ orbiculari atrata (chazazâ membranae interna cum testâ arcte connata). Albumen incompletum, in utraq; seminis facie laminam linearem basin versus evanidam a chazazâ decurrentem formans, testae s. tunicae interiori adhaerens. Cotyledones crassae, carnosae, plane sibi incumbentes, suborbiculares, retusae; radícula conica brevis, plumula parva conica. (Zucc.)

C. Capuli Cav. sec. Sprg. in Peruvia indicatur indigena, et a Ser. foliis lanceolatis argute serratis e glandulosis glabris definitur. An nihilominus diversa?

2. Racemi . . . . (haud exactius descripti).

Folia

1) utrinque pubescentia viridiaque et in petiololum desinentia, e glandulosa lato-lanceolata rugosa.

2) glabra venosa,

(1) elliptica obtusiuscula serrata.

18. **Padus canadensis.**

Cerasus canadensis Lois. in Duh. l. c. 3. — Ser. l. c. 539. 28. — G. Don l. c. 515. 34. — Ser. l. c. 417.

Prunus canadensis L. Sp. pl. 678. — Willd. l. c. 986. 4.

Cerasus racemosa, foliis amygdalinis, americana. Pluk. Alm. 97. t. 58. f. 5.

In America septentrionali. 5.  
Rami laeves. Folia venoso-rugosa minusque rigida quam in reliquis, argute serrata, ad tactum manifeste villosa.

Testibus Torr. & A. Gr. l. c. 408. adn. haec species, quam cl. Sprg. penitus omisit, esset suppressenda, cum specimen in Hb. Linn., flore et fructu destitutum, ad Pr. americanam Marsh. pertinere videatur, quae vero flores racemosos haud exhibeat, atque figura Plukenetii (folia tantum) ad ullam aliam speciem pertineat.

19. **P. elliptica.**

Cerasus elliptica Lois. l. c. 4. — Ser. l. c. 540. 32. — G. Don l. c. 515. 40. — Sp. l. c. 418.

Prunus elliptica Thb. Jap. 196. — Willd. l. c. 5. — Sprg. l. c. 478. 38.

In Japonia. 5.  
Arbor, ramis ramulisque alternis nodosis albo-punctatis rugosis glabris. Folia in ramulis aggregata, sparsa, breviter petiolata, patentia, digitalia. Flores pauci (racemi pauciflori?). Drupa oblonga, magnitudine Passulae. (Thb.)

20. **P. glaucifolia.**

Cerasus glaucifolia Wall.  
Cerasus napaulensis Ser. l. c. 30. — G. Don l. c. 38. — Sp. l. c.

In Nepalia. 5.  
Folia illis Salicis fragilis similia, obtuse serrata DC.). P. Capollin affinis teste Zucc. l. c.

Tourn. In  
sect. II.  
b) foliis

Racer

1. ter  
duli  
Glab  
lata  
serru  
tiolis  
sisten  
curva

2. lat  
oblon  
utrin

3. ax

1) s  
(1)  
a

*Species exclusae:*

*Padus Laurocerasus* Mill. = *Laurocerasus officinalis*.  
 — *lusitanica* Mill. = *lusitanica*.

**10. Laurocerasus.**

*Tourn. Inst. t. 493.* — *Cerasus* sect. II. §. 2. *Laurocerasi Ser. l. c. 540.* — *Cerasus* sect. II. *Laurocerasus* §. 2. *Laurocerasus. G. Don l. c. 515.* — *Cerasus* sect. III. b) *foliis persistentibus coriaceis Spach l. c. 418.* — *Cerasus* §. 3. (Flores racemosi, ex axillis foliorum persistentium praeteriti anni orti.) *Torr. & A. Gr. l. c. 411.*

*Prunus c. Cerasus* β. *Padus b. Laurocerasus Endl. l. c.*

(Species mediterraneae et subtropicae tropicaeque.)

**Racemi****1. terminales, multiflori, penduli (?)**

*Glaberrima; folia oblongo-lanceolata longissime acuminata argute serrulata laevia basi attenuata, petiolis 1—2 glandulosi; calyx persistens, lobis denticulatis; styli curvati; drupae globosae.*

**2. laterales; folia eglandulosa, oblonga acuminata integerrima utrinque glabra.****3. axillares,****1) solitarii,**

(1) foliis breviores,

a. erecti; folia

a) integerrima,

(a) utrinque acuminata, elliptica,

a. vel elliptico-lanceolata nitida

eglandulosa; racemi minimi

folio 2—3plo breviores; flores

distantes; drupae subglobosae,

altitudine paulo latiores, nucleo conformi obtusissimo rugoso.

**1. L. salicifolia.**

*Cerasus salicifolia Ser. l. c. 540. 40.* — *G.*

*Don l. c. 516. 48.* — *Sp. l. c. 422.*

*Prunus salicifolia HBK. nov. gen. VI. 241.*

*t. 563.* — *Kth. Syn. pl. aequin. nov. orb.*

*III. 481.* — *Sprg. l. c. 478. 32.*

In regno *Novogranatensi. Cerasus incolarum.* 5.

Arbor circ. 30pedalis, ramis laevibus glabris cylindricis rufescentibus, ramulis angulatis. Folia 4—5" longa, 15—18" lata, foliis Salicis fragilis similia. Racemi semipedales. Fructus edules.

**2. L. occidentalis.**

*Cerasus occidentalis Lois. l. c. 4.* — *Ser.*

*l. c. 34.* — *G. Don l. c. 515. 42.* — *Sp. l. c.*

*Prunus occidentalis Sw. Prodr. 80. Fl. Ind.*

*occ. II. 925.* — *Willd. l. c. 987. 6.* — *Sprg.*

*l. c. 33.*

*Cerasus latiore folio, fructu racemoso purpureo majore. Catesb. Cav. II. 94. t. 94 (?)*

*In insularum Antillarum montibus.* 5.

*Prune-Tree Anglorum Jamaicae.*

Truncus 40pedalis, ligno durissimo, cortice amaro. Folia 6" et ultra longa, 2" lata. Ovarium pilosum. Drupa ovalis, nigra, nucleo laevi absque sutura.

**3. L. sphaerocarpa.**

*Cerasus sphaerocarpa Lois. l. c. 4.* — *Ser.*

*l. c. 37.* — *G. Don l. c. 516. 45.* — *Sp.*

*l. c. 421.* — *Hook. in Bot. Mg. t. 3141.*

*Prunus sphaerocarpa Sw. II. cc. 81. et 927.*

*— Willd. l. c. 7.* — *Sprg. l. c. 34.*

*Myrtifolia arbor, foliis latis subrotundis;*

*flore albo. Sloane hist. II. 79. t. 193. f. 1.*

*In silvis montium Jamaicae et Hispaniolae.* 5.

Arbor 30—35pedalis, cortice griseo laevi, ramis adscendentibus. Folia breve petiolata, 3—4" longa. Racemi breviter pedunculati, laxi, glabri: flores parvi, albi, odorati; petala orbicularia, subsessilia. Drupa magnitudine illius *Padi vulgaris*, atropurpurea. — E nucleis hujus et praecedentis potus spirituosus „Eau de noyaux“ paratur.

β. *brasilensis: foliis subtus ad basin*

*utrinque macula corneo-glandulosa margini*

*approximata instructis, petiolo canalato eglanduloso.*

*In Brasilia. 5. Cham. & Schichtd. in Linn.*

*II. 542.*



$\beta$ . margine revoluta, subtus in basi juxta nervum maculâ glandulosâ utrinque notata.

#### 4. *Laurocerasus brasiliensis*.

*Cerasus brasiliensis* G. Don l. c. 46.  
*Prunus* (*Cerasus*) *brasiliensis* Ch. & Schl. l. c. (non confundenda cum var.  $\beta$ . praecedentis).

In *Brasiliâ*. 5.

Glaberrima, sempervirens. Folia coriacea, petiolata, acuta, apice recurva, penninervia, tenuissime reticulato-venosa, venis supra impressis, subtus prominulis, maxima  $3\frac{1}{2}$ " longa, pollice paulo latiora; petiolo canaliculato eglanduloso 4—9" longo. Maculae glandulosae nervo medio juxta positae, rarissime ab illo recedentes. Stipulae minimae, caducae. Flores brevissime pedicellati, parvi, staminibus vix 20. Racemi circ. 20flori, folio multo breviores, fructiferi erecti, circ.  $1\frac{1}{2}$ -pollicares: pedicelli axi fructus breviores; bractae minutae, squamiformes, caducae. Drupa pulposa, nigra, magnitudine circ. baccae *Ribis rubri*. Putamen ligneum, tenue, depresso- et compresso-globosum, quippe cujus diam. transv., plano cotyledonum seminis conformis, brevior est illo, qui eidem plano contrarius est, axin vero subaequat. — Differt a *L. sphaerocarpâ* fructus minoris foliorumque formâ et situ macularum glandularum.

#### 5. *L. mexicana*.

*Prunus* (*Cerasus*) *laurifolia* Schlecht. in Linn. XIII. 91. (non *Decs.*.)

Pr. *Ceras.* absque nomine Cham. & Schl. l. c. V. 570. et 579.

In *Mexico*: *Cuesta grande de Chiconquiago*.

Fl. Mart., fruct. Jun. 5.  
 Folia coriacea, 4—5" longa,  $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{3}{4}$ " lata, petiolis pollicaribus adultis transverse rugosis, crassa, firma, nervo medio subtus prominulo, venarum reti subtus leviter impresso. Maculae glandulosae non semper conspicuae. Racemi circ. 20flori, 1— $1\frac{1}{2}$ -pollicares. Fructus circ. 5" lg.

Proxime affinis *L. brasiliensi*, quae autem differt foliis angustioribus minoribusque inferne acuminatis, conspicue penninerviis et tenuiter elevato-reticulato-venosis. A *L. occidentali* differt germine glabro, a *L. sphaerocarpâ* situ macularum costae mediae nec margini approximatorum.

Nomen erat mutandum propter *L. laurifoliam* a *Decaisne* descriptam.

b) remote serrata v. integerrima breve petiolata acuminata coriacea glabra nitida,

(a) oblongo-lanceolata mucronata avenia; drupae nigrae exsuecae persistentes mucronatae.

#### 6. *L. caroliniana*.

*Cerasus caroliniana* Michx. Fl. bor. am. I. 285. — *Ser.* l. c. 38. — *G. Don* l. c. 516. 47. — *Sp.* l. c. 420. — *Torr. & A. Gr.* l. c. 411.

*Prunus caroliniana* Ait. Hb. Kew. II. 540. — *Willd.* l. c. 987. 9. — *Sprg.* l. c. 39.

*Prunus caroliniana* Mill. Dict. 6. — *Du Roi* Harbk. II. 198.

*Prunus lusitana* Wall. Carol. 167.

*Bumelia serrata* Pursh. Fl. Am. sept. I. 153.

Ad fluviorum ripas in *Carolinâ*, *Georgiâ*, *Floridâ*, *Louisianâ*, *Arkansas*. 5.

Arbor 30—50pedalis, ramis arrectis comam pyramidalem formantibus glabris. Folia eglandulosa, integerrima v. spinuloso-serrata. Racemi densi: pedicelli glabri. Calyces albi. Petala obovata, alba. Stamina 15, corollâ duplo longiora.

Folia venenata, saepe pecoribus ea comeditibus lethalia.

(b) lanceolata v. ovali-lanceolata subtus 2-4glandulosa, (remote serrato-dentata); calyces turbinati, dentibus obtusis; drupae ovatae acutae, nucleo laevi conformi.

**7. L. officinalis.**

Cerasus Laurocerasus *Lois.* l. c. 6. — *Ser.* l. c. 36. — *G. Don* l. c. 44. — *Sp.* l. c. 419. Padus Laurocerasus *Mill.* Dict. n. 4. Prunus Laurocerasus *L.* Sp. pl. 678. — *Wld.* l. c. 988. 10. — *Sprg.* l. c. 36. — *Blackw.* hb. t. 512. — *Bull.* hb. t. 153. Laurocerasus *Chus. hist.* I. 4. — *Cam. hort.* t. 23. — *Dub.* arb. l. t. 133. In Asia minore et ad Caucasum, nunc quoque in Europa australi, e Trapezunte anno 1546 introducta. 5.

Arbuscula 15-30pedalis, ramis numerosis patulis, cortice griseo. Folia oblonga, rigida, 3-4" longa, 1-2" lata, lucida, petiolo brevi crasso, subtus glandulis 2-4 a basi remotis, odorem Amygdalorum redolentia. Racemi speciosi: flores parvi, albi, odorati. Petala ovalia. Stylus post anthesin staminibus longior. Drupa formata et indole Cerasi vulgaris, nigra, parum carnosae.

In hortis nomine Kirschlorber, Lorbekirsche, Laurier Cerise, Laurier Amandier, Cherry Laurel frequenter ornamenta causa culta, propter acidum hydrocyanicum in omnibus partibus praesertim foliis contentum suspecta. Aqua et oleum e foliis extracta dosi majore lethalia sunt.

β. foliis luteo-variegatis.  
γ. caucasica: foliis integerrimis.  
In provinciis Caucasicae. *Ledeb.* Fl. Ross. II. 9.

b. reflexi; folia integerrima, utrinque glabra

a) subtus basin versus biglandulosa, acuminata, basi

(a) acuta, longe petiolata elliptico-oblonga v. lanceolata, subtus pallida.

(b) rotundata, breviter petiolata elliptica, coriacea, supra opaca subglaucescentia.

b) acuta oblongo-elliptica coriacea petiolata; racemi aphylli abbreviati petiolum vix dimidio superantes simplicissimi densiflori.

(2) folia aequantes; folia breviter petiolata,

a. cum ramulis petiolisque velutino-ferruginea, obovata retusa.

b. glabra coriacea,

a) oblonga utrinque attenuata integerrima, drupae putamine compresso subrugoso.

**8. L. reflexa.**

Prunus (Cerasus) reflexa *Gardn.* in *Hook.* Lond. Journ. of Bot. II. 342. — *Wlp.* Rp. II. 910.

In Brasilia. β.

Tota glabra. Racemi folio duplo et ultra breviores.

**9. L. opaca.**

Prunus (Cerasus) opaca *Bth.* Pl. Hartw. 172. 967. — *Wlp.* l. c. V. 648.

In prov. Popayan. 55.

Frutex v. arbor parva, glabra, L. sphaerocarphae et brasiliensi affinis. Petioli crassi, vix 3" longi. Folia 3pollicaria, crassiuscula, breviter acuminata. Racemi laxi, demum reflexi, 1 1/2-2pollicares: pedicelli 2-3" longi. Stamina circ. 20. Stigma late capitatum.

**10. L. brachybotrys.**

Prunus brachybotrys *Zucc.* l. c. 348.

In imperio Mexicano. (L. Baro de Karwinski.) 5.

**11. L. ferruginea.**

Cerasus ferruginea *Ser.* l. c. 39. — *G. Don* l. c. 49. — *Sp.* l. c. 422.

In Mexico. β.

Racemi floribus laxiusculis.

**12. L. laurifolia.**

Prunus laurifolia *Decaisne* in *Nouv. Ann. Mus.* III. 458. — *Wlp.* l. c. II. 10. 24.

In insula Timor. β.

Racemi glabri, fructiferi folio aequales, florentes forsan breviores. Drupa illi Cerasi avium similis.



- b) subrotundo-cordata v. late ovata spinoso-dentata venosa supra nitida; drupae nigrae ovales acuminatae.
- (3) foliis longiores, erecti; folia acuminata, serrata,  
a. ovato-lanceolata  
a) vel ovato-elliptica eglandulosa; calyx cupuliformis, laciniis ovalibus obtusis margine membranaceis; drupae ovales acutae.
- b) serraturis petiolisque glandulosis.
- b. oblonga basi rotundata, serraturis infimis glandulosis.
- 2) solitarii vel aggregati, foliis breviores  
(1) terni multiflori; folia elliptica acuminata coriacea glabra integerrima margine crispato-undulata, petiolis eglandulosi.
- (2) fasciculati axillares; folia lanceolata acuminatissima remote serrata, cum floribus glaberrima, subtus nunc sparse glandulosa, basi petiolisque nuda.
- 3) aggregati subsessiles; folia pyraea ovali-lanceolata basi acuta subtusque maculis duabus glandulosis venae secundae adjacentibus
- 13. Laurocerasus ilicifolia.**  
Cerasus ilicifolia Nutt. MS. — Hook. & Arn. Bot. Beech. Suppl. 340. t. 83. — Torr. & A. Gr. l. c. 411.  
In montanis pr. *St. Barbara Californiae*, 5. Arbor parva ramosissima, fructu majusculo adstringente amaro. Folia mox undulata, mox plana, rigidissima. Racemi densiflori.
- 14. L. lusitanica.**  
Cerasus lusitanica Mill. ic. t. 196. f. 1. — Ser. l. c. 35. — G. Don l. c. 43. — Sp. l. c. 418.  
Padus lusitanica Mill. Dict. n. 5.  
Prunus lusitanica L. Sp. pl. 678. — Willd. l. c. 987. 8. — Sprg. l. c. 35.  
Laurocerasus lusitanica minor Dill. Elth. 193. t. 159. f. 193.  
In *Lusitania*, *Calabria* et in agro *Vicentino* in montibus *Marosticae* pr. *Cismone* (Rehb. l. c. 642. 4121.). 5.  
Arbor speciosa, in regionibus magis septentrionalibus frutex 6–10 pedalis. Folia nitida, 3–5' longa, 1–2' lata, petiolo pollicari. Racemi laxi, pedicelli tenues adscendentes; flores parvi, albi. Drupa nigricans. Pennsylvania inter habitationes indicatur (W., DC.), verisimiliter ex errore.
- 15. L. multiglandulosa.**  
Prunus multiglandulosa Cav. Ann. sc. nat. III. 59.  
In insulis *Canariæ* et *Palmæ*. 5.
- 16. L. Hixa.**  
Prunus Hixa Brouss. ex Willd. En. 517. — Sprg. l. c. 37.  
Cerasus lusitanica β. Hixa Ser. l. c. — G. Don l. c.  
Cerasus Hixa Sp. l. c. 419.  
In insula *Teneriffæ*. 5.  
Racemi elongati, laxiores quam in *L. lusitanica*. Sprg. folia ovato-oblonga basi subtus glandulosa dicit.
- 17. L. undulata.**  
Cerasus (Padus) undulata Ser. l. c. 540. 31. Sp. l. c. 418.  
Cerasus (Padus) capricida G. Don l. c. 515. 39.  
Prunus capricida Wall. in lt.  
Prunus undulata Hamilt. in D. Don Prodr. Fl. Nep. 239. — Sprg. C. p. 192. 45.  
In *Nepaliâ* ad *Narainhetty*.  
Folia hujus speciei capras iis vescentes necare dicuntur. Racemi glabri.
- 18. L. acuminata.**  
Cerasus (Padus) acuminata G. Don l. c. 515. 32. — Sp. l. c. 421.  
Prunus (Cerasus) acuminata Wall. pl. asiat. rar. II. 78. t. 181.  
In montibus *Nepaliae*. 5. Incolarum *Aroa*. Arbor 20–30 pedalis, ramosissima, glaberrima, ramulis fusciscentibus. Folia supra lucida, lanceolato-oblonga, cuspidata, interdum subtus in axillis nervorum glandulosa, 3–5' longa. Racemi cernui, laxiusculi. Petala ovalia, acuta, calyce duplo longiora. Ovarium velutinum. Drupa glabra.
- 19. L. samydoides.**  
Prunus (Cerasus) samydoides Schlecthd. in Linn. XIII. 92. — Hook. ic. pl. t. 371.  
In *Mexico*: *Cerrania de Zoncoatlâ*, in confinibus *Jalapaë*. b.

notata  
glaber  
promi  
25and  
giora  
acuti

Webb  
Species of

## 1. Flo lares.

1) Un  
Foli  
dupli  
stipul  
petiol

2) Flo  
brevis  
lata s  
lyx e  
reflex  
(1)

vir  
tus  
ser  
set  
du  
ind  
gle  
plu  
sty  
pa  
sub

\*) Peti  
late  
soli  
basi  
sutu  
cari  
glab

notata, apice obtuse acuminata, glaberrima, integerrima, subtus prominule penninervia; flores 20—25 andri; stamina calyce duplo longiora; drupae parvae subglobosae acutiusculae.

Folia maxima 3—3½" longa, 15—18" lata, petiolis 4" longis. Racemi 1¼ boll., pedicellis lineam longis. Stipulae atque bracteae deciduae. Apices ramulorum juniorum, petioli et nervi medii in siccis fulvescentes.

Differt a *L. sphaerocarpa* foliis tenuioribus, semper maculis glandulosis instructis basi acutioribus, apice magis sensim acuminatis; racemis brevioribus, staminibus numerosioribus, tubo calycino duplo longioribus (nec subduodenis tulum calycis subaequantibus), drupis minoribus (4") minus carnosis.

## II. Microcerasus.

Webb\*) Phytogr. Canar. II. 19. (subsectio). — *Cerasus* sect. IV. *Spach*. I. c. 423.

Species omnes gerontogaeae, mediterraneo-orientales. Genus *Cerasos* inter et *Amygdalos* medium.

### Sect. I. Rhodocerasus.

#### I. Flores laterales et axillares.

1) Umbellae sessiles pauciflorae.

Folia elliptico-oblonga acuminata duplicato-serrata subtus pilosa; stipulae pectinatae glanduliferae; petioli 5glandulosi.

#### 1. *M. Phoshia*.

*Cerasus Phoshia* *Hamill*. I. c. 239. — *Ser*. I. c. 535. I. — *G. Don* I. c. 505. I. — *Sp*. I. c. 424.

*Prunus cerasoides* *D. Don* Prodr. Fl. Nep. 239. — *Sprg*. C. p. 192. 43.

In *Nepaliâ* ad *Narainhelty*. 5.

Arbor staturâ et facie *Cerasi avium*.

Flores albido-rosae.

2) Flores fasciculati, subsessiles v. breviter pedicellati; folia petiolata subtus incano-tomentosa; calyx extus glaber, lobis oblongis reflexis.

(1) rami divaricati v. procumbentes, virgati; folia elliptica v. obovata obtusa eglandulosa, argute (inciso-) serrata v. crenato-dentata, serraturis setaceis; stipulae persistentes, petiolo duplo longiores; calycis lacinae (subinde oblongo-lanceolatae) acutae, parce glanduloso-serrulatae, tubo dimidio plusve breviores intus tomentosae; stylus staminibus duplo longior; drupae ovales v. subglobosae, putamine sublaevigato.

#### 2. *M. prostrata*.

*Cerasus prostrata* *Lois*. in *Duh*. I. c. V. 182. t. 53. f. 2. — *Ser*. I. c. 538. 19. — *G. Don* I. c. 514. 19. (utroque excl. synonym. *Pall.* & *Stev.*). — *Sp*. I. c. 423.

*Prunus prostrata* *Labill*. Dec. pl. *Syr*. I. 15. t. 6. — *Bot. Rg*. t. 136. — *Spach* in *Ann. sc. nat.* XIX. 127. — *Willd*. I. c. 997. 33. — *Sprg*. I. c. 477. 17. — *Rchb*. I. c. 644. 4134. — *Host* Austr. II. 4. — *Ic. Fl. graec.* t. 478.

*Hagidryas prostrata* *Griseb*. it. I. 311.

In monte *Libano* *Syriae*, in *Persia*, *Tauro*, *Armenia*, in montibus *Cretae*, *Graeciae*, (*Athos*, *Parnassus*) et monte *Biokovo* *Dalmatiae*, in *Caucaso*. 5.

Truncus prostratus, repens, ramosissimus, ramis angulatis fusciscentibus, ramulis inermibus glabris, staturâ et habitu fere *Salicis retusae*. Folia parva, ovalia, elliptica v. oblonga, basin versus attenuata, subtus albo- v. niveo-tomentosa, venis supra impressis subtus prominentibus, breve petiolata. Flores copiosissimi, illis *Pruni spinosae* paulo minores. Petala subrotunda v. elliptica, retusa, staminibus paulo longiora,

\*) Petioli eglandulosi. Stipulae setaceae persistentes (saltem in turionibus). Flores laterales e gemmis aphyllis monanthi (v. raro dianthi), gemmis v. fasciculatis (raro solitariis), saepissime gemmâ foliari interpositâ comitatis. Calycis tubus elongatus, basi ventricosus, superne cylindricus. Putamen drupae subconforme vix compressum, suturâ dorsali canaliculatum et ecarinatum, suturâ ventrali obsolete carinulatum, juxta carinulam utrinque sulculo percursum. Drupa junior haud raro tomentosa, matura glabra. (Ex *Wlp*. Rp. II. 911.)



(Microcerasus prostrata)

rosea. Ovarium tomentosum. Stylus glaber. Drupa magnitudine pisi, glabra, rubra, carne tenui, nuclei suturis obtusissimis.

*a. latifolia Spach*: foliis ovalibus v. subrotundis, ovatis v. obovatis.

*β. angustifolia Spach*: foliis oblongis v. lanceolato-obovatis.

*γ. dalmatica*: foliis ovatis acutis serratis.

*δ. glabriuscula*: foliis subtus glabris.

Ad coloniam *Helenendorf* in districtu *Elisabethopolensi*. (*Hohenacker* in Bull. de la soc. imp. des Nat. de Mosc. VI. 234.)

- (2) rami erecti v. adscendentes; folia variiformia argute serrata v. serrulata, acuta v. obtusa, serraturis acerosis, saepius recurvatis, inferioribus glandulosi; stipulae petiolo paulo longiores subulatae inferne fimbriatae; calycis lacinae (subinde ovato-oblongae) obtusae integerrimae, tubo duplo breviores; stylus staminibus paulo longior; drupae subglobosae v. ovales, putamine ruguloso.

3. **Microcerasus incana.**

*Cerasus incana Sp.* l. c. 423. et Ann. sc. nat. l. c. 126.

*Prunus incana Stev.* in Mem. Soc. Mosq. III. 263. — Ic. fl. graec. t. 477. — *Griseb.* Fl. Rum. et Bithyn. I. 86.

*Prunus prostrata Hohenack.* MS. — *Sprg.* l. c. 477. 17. (p. p.) — *Ledeb.* Fl. Ross. II. 7. (p. p.)

*Cerasus prostrata Ser.* l. c. (quoad syn. *Pall. & Stev.*)

*Amygdalus incana Pall.* Fl. ross. I. 13. t. 7.

— *Jaume St. Hil.* l. c. t. 220. f. 21. —

*Wldl.* l. c. 984. 5. — *G. Don* l. c. 482. 4.

— *Bot. Rg. new Ser.* XII. t. 58.

In desertis *Caucaso* conterminis, *Armenia iberica*, *Georgia*, *Asia minore*. 5.

Frutex 3–5-pedalis, trunco divaricato, ramis gracilibus virgatis spinescentibus, junioribus tomentosus. Folia  $1\frac{1}{2}$ –2" longa, 5–8" lata, petiolo brevi eglanduloso (interdum apice biglanduloso). Flores copiosissimi, rosei, magnitudine illorum *Pruni spinosae*. Petala obovata. Ovarium tomentosum. Stylus glaber. Drupa magnitudine pisi, obscure purpurea, duriuscula, tarde glabrescens. Nucleus subglobosus, subcompressus utrinque apiculatus, laevis, carinis filiformibus.

*Spach* in Ann. sc. nat. l. c. sequentes indicat varietates:

*a. vulgaris*: foliis spatulato-, lanceolato-, obovato-, ovali- v. obovato-oblongis, aut ovato- v. oblongo-lanceolatis, subtus incano- v. albo-tomentosis, ovario tomentoso.

*β. angustifolia*: foliis lanceolatis v. lanceolato-oblongis angustis, subtus incano- v. albo-tomentosis, ovario lanato.

*γ. latifolia*: foliis ovalibus v. ovatis, subtus albo- v. incano-tomentosis.

*δ. viridis*: foliis (ut in *a.* formā variabilibus) adultis utrinque glabris et viridibus, ovario glabro.

## 3) Flores solitarii v. subsolitarii,

(1) subsessiles.

*a.* Caules depressi; folia oblonga v. ovata inaequaliter serrata utrinque glabra virentia, subtus reticulato-venosa; drupae ovatae.

*b.* Rami diffusi; folia polymorpha, argute serrulata, subtus albo-tomentosa; calycis lacinae ovales v. obovatae obtusae pectinatae (lacini glanduliferis), tubo subtriplo breviores; stylus longe exsertus; drupae subglobosae, putamine rugoso.

4. **M. humilis.**

*Prunus (Cerasus) humilis Moris* stirp. rar.

Elench. 17.

*Cerasus humilis G. Don* l. c. 514. 20.

In rupestribus summi montis *Genargentu* (su *Auru*) *Sardinae*. 5.

Habitus *M. prostratae*, sed differt nervis foliorum incanis folisque glabris. Petala ovata, pallide rosea.

5. **M. pectinata.**

*Cerasus pectinata Spach* in Ann. sc. nat. l. c. 127.

*Prunus pectinata Wlp.* l. c. 911.

In *Cachemiriā*. 5.

*β.* glabra: foliis utrinque glabris viridibus.

- (2) pedicellati; pedicelli  
a. breves, solitarii v. gemini, folia  
duplicato-serrata glabra,

a) lanceolata v. oblongo-lanceolata obtusa, lucida; stipulae subulatae persistentes petiolo paulo longiores; drupa globosa, nucleo rugoso.

**6. M. sinensis.**

*Cerasus sinensis* Spach l. c. 425. — *Bot. Rg.* t. 1801.

*Prunus* (*Cerasus*) *sinensis* Pers. Ench. II. 36.

*Cerasus chinensis* G. Don l. c. 514. 24.

*Amygdalus pumila* L. Mt. 74. — *Wild.* l. c. 953. 3. — *Sprg.* l. c. 475. 3. — *Sims Bot. Mg.* t. 2176.

*Persica Malus nana* flore incarnato pleno *Herm. Lugd.* 487. t. 489 (?).

*Amygdalo-Persica nana*, flore carneo pleno, africana. *Pluk. Phyt.* 11. f. 4 (?).

In *China*. 5.

Frutex 2—3pedalis, ramis virgatis, laevibus atropurpureis. Folia petiolata, venosa, rugosa. Flores rosei, magnitudine florum *Cerasi*. Calyx rubescens, lobis tubo brevioribus. Petala emarginata, tubo calycis longiora. Filamenta pallide carnea. Ovarium et stylus inferne pubescentia. Stipulae lineares, profundius serratae. Drupa rubra.

β. plena: floribus plenis.

In hortis *Chinensium* frequentissime culta.

**7. M. japonica.**

*Cerasus japonica* Loes. l. c. V. 33. — *Ser.* l. c. 539. 22. (excl. syn. *Pers.*). — *G. Don* l. c. 23. — *Sp.* l. c. 425.

*Prunus* (*Cerasus*) *japonica* Ker Bot. Rg. t. 27. — *Sieb. & Zucc.* Jap. I. 172. t. 90.

*Prunus Kerii* Steud.

*Prunus japonica* Thb. Jap. 201. — *Wild.* l. c. 994. 25. — *Sprg.* l. c. 476. 5.

In *Japonia*. 5 5.

Arbuseula circ. 5pedalis v. frutex, glabra, ramis griseis nitidis rugosis erectis. Folia 1—2" longa, petiolata, venosa, patentia. Stipulae binae lineari-subulatae, inciso-dentatae, petiolo paulo longiores. Flores magnitudine illorum *Cerasi*. Gemmae floriferae laterales, aphyllae, utplurimum fasciculatae. Calycis lobi patentissimi, ovales, denticulati. Petala elliptica, acutiuscula, intus incarnata, extus rosea. Drupa magnitudine pisi, lanata, globosa, parum sapida.

β. multiplex *Ser.* floribus plenis, petalis intus albis, externe rubris. *Ker* l. c.

**8. M. glandulosa.**

*Cerasus glandulosa* Loes. l. c. 33. n. 26. — *Ser.* l. c. 538. 14. — *G. Don* l. c. 513. 14.

— *Sp.* l. c. 425.

*Prunus glandulosa* Thb. Jap. 202. — *Wild.* l. c. 26. — *Sprg.* l. c. 6.

In *Japonia*. 5.

Frutex ramosus, glaber, ramis inermibus teretibus striatis cinereis, ramulis sensim filiformibus. Folia sparsa, petiolata, patentia, subtus venoso-reticulata, unguicularia, petiolis multoties brevioribus. Flores sparsi, solitarii. Calyx subcampanulatus. Corolla incarnata.

Differt a *Pr.* (*Ceraso*) *pumila* à foliis acutis tenuissime serratis subtus concoloribus, nec obtusis subintegris et glaucis; a *Pr.* (*M.*) *incisa* à foliis glanduloso-serratis glabris. (*Thb.*)

**9. M. incisa.**

*Cerasus incisa* Loes. l. c. n. 27. — *Ser.* l. c. 16. — *G. Don* l. c. 16. — *Spach* l. c. 424.

*Prunus incisa* Thb. Jap. 202. — *Wild.* l. c. 27. — *Sprg.* l. c. 7.

In *Japonia*. 5.

Arbor parum crassa debilis orgyalis, ramis ramulisque inermibus alternis flexuosis glabris cinereis patentibus. Folia ex apicibus

- b) ovata v. ovato-lanceolata acuminata, ovarium apice villosum; pedicelli folio duplo breviores.

- b. elongati.

a) penduli folia aequantes; folia oblonga acuta glabra concoloria glanduloso-serrata.

b) capillares glabri folio duplo longiores; folia ovata acute inciso-serrata villosa; calyces cylindrici ferruginei.



ramulorum plura, brevissime petiolata, vix unguicularia, sub florescentia, dein excre-  
scentia; petioli foliis duplo breviores. Flores  
ex apicibus ramulorum (terminales?) solitarii,  
incarnati. Perianthium (calyx) apice dilata-  
tum, glabrum, corollâ duplo brevius. (Thb.)

**2. Flores terminales, solitarii**  
(in ultimis ramulis).

Rami punctati; folia ovata acumi-  
nata serrata utrinque scabra.

**10. Microcerasus (?) aspera.**

*Cerasus aspera* Lois. l. c. n. 24. — *Ser.*  
l. c. 15. — *G. Don* l. c. 15. — *Sp.* l. c. 426.  
*Prunus aspera* Thb. Jap. 201. — *Wild.* l. c.  
993. 24. — *Sprg.* l. c. 4.  
Muk no ki *Kaempfer*. *Amen.* 799.  
In *Japonia*. b.

Rami et ramuli teretes. Folia petiolata,  
venosa, subtus pallida, patentia, bipollicaria,  
tam aspera, ut incolae his ad poltendum utan-  
tur: petioli vix unguiculares, sulcati. Drupa  
magnitudine grani piperis, globoso-ovata, stylo  
persistente terminata, caerulea, glabra, edulis.  
Nux (putamen?) triquetra, dura, ovata, acu-  
tiuscula; nuclens albidus. (Thb.)

**Obs.** Haec descriptio tanloperè ab omnibus  
Amygdalaceis abhorret, ut maxime sit du-  
bitandum, ane ex ordine sit haec stirps rele-  
ganda. Splendidissimum opus: *Sieb. & Zucc.*  
*Fl. Jap.* mihi non competit; forsan ibi dubia  
sunt soluta aut erunt solvenda. Pr. glandu-  
losa quoque et incisa *Thb.* potius *Ce-*  
*ras*i genuinae videntur.

Sect. II. *Microcerasus s. str.*

Rami ramulique divaricati; folia ova-  
lia, ovata v. oblonga, argute ser-  
rata obtusiuscula, basi acuta, sub-  
tus cum petiolis puberula; calycis  
lacinae ovatae v. ovales oblongae  
tubo 2—4plo breviores; drupae ova-  
les v. subglobosae, putamine sub-  
rugoso.

**11. M. orientalis.**

*Cerasus orientalis* *Spach* in *Ann. sc. nat.*  
l. c. 128.  
*Prunus (Cerasus) orientalis* *Wlp.* l. c.  
In *Cappadocia*, ad *Euphratem* et in monte  
*Pire-Zend Persiae*. 5.

**12. Cerasoidos.**

*Sieb. & Zucc.* *Abh. der math. phys. Cl. der*  
*Suppl.* III. 102. — *Wlp.* *Rp.* V. 648.

*Münch. Ak. d. Wiss.* III. 743. — *Endl.* *gen.*

Folia lanceolata longe cuspidata, pro-  
funde serrato-dentata, dense hir-  
suta, juniora utrinque pubescentia;  
flores solitarii pedunculati cernui.

**C. apetala** *Sieb. & Zucc.* l. c. 744. t. 5. f. 2.  
— *Wlp.* l. c.

In *Japonia*. b.  
Rami teretes. Gemmae perulatae. Folia  
in ramulis abbreviatis subfasciculata, in re-  
liquis alterna, breviter petiolata, dentibus li-  
neari-oblongis saepe bifidis glanduloso-mucro-  
natis. Stipulae foliaceae, persistentes, lineares,  
argute serratae, serraturis glanduloso-  
mucronatis.

*Lindl.* in  
us. indig.

*Rosacea*  
*DC. Prodr.*  
*Walk.-Ar.*

**Flores**  
**Calycis**  
ovari-  
limb

vation

**Discus**  
cini a

**Corollae**  
guicul-

stentia

**Stamina**  
multip

formia

bilocu

**Pistillum**  
vel du

connat

nudo;

*Sp.* —

tosve

liter a

horizo

minale

plia.

**Fructus**  
(potiu

tubo c

trali c

2 — 5

aut di

membr

**Semina**  
terno

cartila

minulâ

membr

Römer Sy

## Fam. II. Pomaceae.

Lindl. in Linn. Trs. XIII. 88—106. — Bartl. Ord. nat. 399. — Lois. Deslgch. Man. des pl. us. indig. I. 211. — Endl. gen. pl. p. 1236. Ench. bot. 655. — G. Don gen. syst. II. 597. — Spach l. c. II. 49.

Rosaceae trib. I. Pomaceae Juss. gen. 334. — Rich. Ann. du fruit. 33. — (Trib. VIII.) DC. Prodr. II. 626. — Meisn. gen. pl. vasc. 101. (74.) — Subordo Pomaceae Wight & Walk.-Arn. Prodr. etc. I. 301. — Subordo Pomeae Lindl. Introd. ed. 2. 145. — Torr. & A. Gray Fl. of North Am. I. 462.

### Character familiae.

**Flores** regulares, hermaphroditi, rarissime abortu polygami, perfecti. **Calycis tubus** urceolatus, campanulatus v. turbinatus, plus minus cum ovario connatus (adhaerens, ad maturitatem carnosus, carpella fovens); **limbus superus** (epigynus) v. perigynus, 5partitus, laciniis per aestivationem imbricatis, persistentibus marcescentibus v. deciduis.

**Discus** (torus) laminaris v. annularis carnosus, parti liberae tubi calycini adnatus.

**Corollae** petala 5, calycis fauci v. margini disci inserta, breviter unguiculata, interpositiva, inter se aequalia, decidua v. rarissime persistentia, interdum nulla, aestivatione (quincunciali DC.) imbricata.

**Stamina** cum petalis (disco infra petala Sp.) inserta, eorum numero multipla subdefinita (plerumque 20), marcescentia: **filamenta** filiformia v. subulata, libera, aestivatione inflexa; **antherae** introrsae, biloculares, longitudinaliter dehiscentes.

**Pistillum: ovarium** e carpidiis (carpellis, carpophyllis) 5, nunc 3 vel duobus, rarissime unico, cum calycis tubo et inter se plus minus connatis 1—2—3—5loculare, axi centrali nullo, vertice toro tecto v. nudo; (interdum ovaria 2—5 parietalia, inter se libera aut fere libera Sp. — ovaria saepius 5 unilocularia, in stylos totidem simplices coalitove desinentia DC.) **Ovula** in loculis plerumque gemina, collateraliter ascendentia, anatropa, rarissime solitaria v. plurima (indefinita horizontalia). **Styli** loculorum numero (2—5), terminales v. subterminales, simplices, liberi v. basi plus minus coaliti. **Stigmata** simplicia, emarginata aut explanata.

**Fructus (Pomum, Pyridium)** baccatus, calycis limbo coronatus (potius e calycis tubo carnosus reddito exortus), intra sarcocarpium tubo calycino vestitum pericarpium proprium cartilagineum suturâ centrali dehiscens vel osseum indehiscens includens (interdum carceruli 2—5 distincti Sp.), loculis (carpellis) abortu saepissime monospermis aut di-raro polyspermis; **endocarpium** cartilagineum, chartaceum, membranaceum v. osseum.

**Semina** ascendentia (in loculis polyspermis horizontalia), angulo interno affixa, **funiculo** brevissimo, **testâ** (spermodermio) coriacea v. cartilagineâ, **rhaphe** ad chalazam oblongam apicalem productâ prominulâ percursâ, **hilo** laterali subbasilari, **endopleurâ** (perispermio) membranaceâ (pelliculari). **Albumen** nullum.

Römer Synops. Pl. — Fasc. III.



**Embryo** orthotropus (rectilineus). **Cotyledones** carnosae, ovae, plano-convexae, v. rarissime convolutae, magnae, crassae, integrae, germinatione foliaceae; **radicula** brevis, conica, infera, **plumula** imperceptibilis.

### Habitus.

**Arbores** v. **frutices**, inermes, vel ramulis minoribus spinescentibus, hisce teretibus, floriferis utplurimum brevissimis. **Folia** alterna, (sparsa, in ligno vetusto ad apicem ramulorum rosulato-conferta *Sp.*) petiolata, nunc simplicia utplurimum integra saepissimeque serrata aut denticulata, vel pinnati- v. palmatiloba, nunc raro vero composita imparipinnata. **Stipulae** ad basin petiolorum laterales, geminae, liberae, plerumque caducae.

**Flores** solito racemosi, corymbosi, umbellati v. cymosi, rarius solitarii, albi vel variis modis rubri: pedicelli bracteolis utplurimum caducis instructi.

### Affinitas.

Pomaceae inter Rosifloras habitu et adpectu generali praesertim Amygdalaceis et Roseis genuinis similes sunt, ab omnibus vero diversae ovariiis cum calyce cohaerentibus ovulisque geminis collateralibus, nec, ut in reliquis Rosifloris pluriovulatis, superimpositis. Ovariiis adhaerentibus Myrtaceis quidem accedunt, quae autem praeter alias notas jam foliis fere semper oppositis pellucido-punctatis exstipulatis primo intuitu distingui possunt. Amygdalaceae quoque stylo simplici et fructu drupaceo maxime recedunt.

### Distributio geographica.

Ut omnes Rosiflorae, Pomaceae imprimis zonae temperatae hemisphaerii borealis maximam pro parte et fere exclusive propriae sunt, et quidem eâ ratione, ut omnium specierum hucusque descriptarum (circ. 200), exceptis numerosis cultis, quarum patria dubia est et ignota) tres quadrantes orbi veteri, et quarta modo pars orbi novo appertineat. In orbe vetere Pomaceae zonam amplissimam occupant, a littoribus Oceani atlantici per Europam mediam et mediterraneam, Orientem, Asiam interiorem et alpinam, Indiam borealem et Nepaliâ atque Chinam et Japonicas insulas usque ad oras Oceani pacifici pertingentem. In hac zonâ distributionis suae geographicae aequo fere modo et numero repartitae sunt, ita ut 1) Europa et Asia occidentalis media cum Sibiria meridionali, 2) regio mediterranea cum Africa boreali et Oriente in sensu strictiore, 3) Nepalia et India borealis, et 4) China cum Japonicis insulis, eundem circiter specierum numerum contineant, salvis caeterum ulterioribus detectionibus, in Asia interiore et China ut videtur diu adhuc inexhaustis. Paucae species in arcticis evagantur regiones, paucissimae (una v. altera in insula Java, unica, Osteomeles, in insulis Sandvicensibus) tropicas attingunt regiones vel subtropicas. Memoratu certe dignum est, numerum specierum ad oras mediterraneae Africae borealis subito diminui et mox penitus evanescere. In hemisphaerio australi orbis veteris hucusque nec unica species Pomacearum detecta est, cultis exceptis, quae caeterum in hisce regionibus quoque minus laete vigent et vix culturam merentur. Quamobrem et Nova Hollandia cum insulis Australiae attributis, Sandvicensibus solum exceptis, Pomacearum aequae plane expertis censetur, ac regio capensis vel Africae australis extratropicae. — Plura Pomacearum genera, ut Cydonia, Mespilus s. str., Raphiolepis, Eriobotrya, Cotoneaster, Aria, Cormus etc. mere gerontogaea sunt; Osteomeles in insulas Sandvicenses, Chamaemeles in Maderam insulam

coacta est; *Rhaphiolepis*, *Photinia* et *Eriobotrya* exclusive indico-chinenses.

E quadrante circiter Pomacearum neogaeâ pars major respublikas meridionales Americae borealis, regionem mediterraneam novi orbis sistentes, incolit, paucis formis in Mexicanum regnum intrantibus, nullâ adhuc indigenâ in insulis Antillis repertâ. Pauciores plagas magis septentrionales, Canadam, regiones circa sinum Hudsonium sitas, vastumque territorium ad Oceanum pacificum vergens inhabitant, una v. altera circulum transit arcticum, *Peraphyllum* et *Heteromeles* genera sunt orae occidentali peculiaria. Aliquae species, inter quas genus illi regioni proprium, *Hesperomeles*, insigne, in orâ occidentali Americae australis hemisphaerium australe attingunt, in regnis Peruvianis Chilensibusque crescentes, unicum revera exemplum distributionis geographicae hujus familiae in hac directione progredientis. In immensâ America australis regione orientali, ab Andibus orientem versus ad littora Oceani atlantici aethiopicique extensâ, nec unica hucusque Pomacearum species reperta est.

Est igitur ordo Pomacearum borealis mediterraneus geronto-neogaeusque, exceptionibus hujus distributionis quoad numerum vix respiciendis, et hac ratione equidem ac characteribus artificialibus et habitualibus maxime naturalis.

### Vires et usus.

De viribus medicis Pomacearum parum constat. Fructus quidem silvestrium formarum *Pyri* et *Mali* acerbissimi sunt et adstringentes, vix autem usui alicui medico apti, quamvis hinc inde tosti et aquâ infusi medicinae loco adhibentur. Semina *Cydoniarum* autem et fructus in officinis occurrunt, illa inter mucosa remedia, horum succus inspissatus usurpatur. Hi quoque, crudi vix edules, cocti et conditi inter cupedia numerantur, et odore exquisito delectant. Cortice plurium specierum ad tingendum coloribus flavescens et fusciscentibus utuntur. Lignum fere omnium, quae arboris indolem induunt, colore et duritie insigne, ad opera scrinaria aestimatur.

Maximus vero et primarius usus in fructibus stirpium hujus ordinis (*Kernobst*) praesertim nobiliorum, *Pyri* communis et *Mali* mitis, situs est, innumeris varietatibus per omnes regiones temperatas Europae inprimis et Asiae occidentalis cultarum. E varietatibus vilioribus, sicut etiam e fructibus formarum silvestrium acetum paratur et, praecipue in Francogalliâ et Germaniâ magis septentrionali, vini species (*Aepfelwein*, *Cider*). Varietates meliores crude comeduntur, saepius praestantissimi saporis inter epulas et postprandii loco apponuntur, ad varios cibos gratissimos parandos adhibentur, vel siccati oleris quasi instar inserviunt et commercii objectum minime spernendum efficiunt. Omnes acidum proprium continent, malicum (*Apfelsäure*) chemice dictum, cum saccharo vel interdum mucosum mixtum. *Pyrus* et *Malus* igitur propter fructus (*Aepfel*, *Birnen*) non solum in hortis coluntur, sed in pluribus regionibus in campis quoque et agris vel ad vias publicas plantantur, saepe pomaria vastissima et quasi nemora arborum frugiferarum sistentes. Minoris pretii sunt fructus specierum quarundam *Mespili*, *Crataegi*, *Ariae*, *Sorbi*, et *Cormi*, in regionibus magis meridionalibus tantum provenientium. Flores fere omnium copiâ, amplitudine et colore superbiunt et tempore vernali hortos et campos exornant, ideoque plures decoris causâ apud nostrates et praesertim populos orientales, *Chinenses* prae caeteris, coluntur.

In systemate sexuali Linnaeano Pomaceae omnes classi duodecimae vel *Icosandriae* adnumerantur, et quidem secundum stylium numerum ordinibus *Digyniae* (*Crataegus L.*), *Trigyniae* (*Sorbus L.*), aut



aut Pentagyniae (*Pyrus L.*). Hanc classem et genera omnia hodie efformata intrans, Chamaemele forsan et Heteromele exceptis, quae potius Dodecandriae adnumerantur Monogyniae, stylo simplici ab omnibus hujus familiae generibus recedentes.

### Synopsis generum.

#### I. *Carpidia* (pericarpium proprii loculi) coalita.

##### 1. *Pomum* (*Pyridium*) **uniloculare**. **Ovarium** biovulatum, ovulis e basi erectis. **Stylus** simplex: **stigma** emarginatum.

**Calyx** tubo turbinato, limbo amplo truncato remote 5dentato. **Petala** calycis fauci inserta, parva, erecta, ovata, eroso-denticulata. **Stamina** 10-15, petalis breviora: **filamenta** filiformi-subulata; **antherae** ovatae. **Cotyledones** convolutae. . . . .

1. *Chamaemeles*  
*Lindl.*

##### 2. *Pomum* **biloculare**, loculis (carpidiis)

###### 1) monospermis,

###### (1) **Stylus** 1

a. simplex. **Stamina** 20 v. plura. Reliqua **Crataegi**. — Frutices spinosi, omnes gerontogaei . . .

5. a. *Oxyacantha*  
(Subg. *Crataegi*)

b. **stigmatibus** duobus. **Stamina** circ. 10. **Ovarium** tomentosum, obliquum, e calyce exsertum. Reliqua **Photiniae** . . . . .

2. *Heteromeles*.

###### (2) **Styli** 2. (**Petala** 5, calycis fauci inserta. **Antherae** ovatae. **Ovarium** loculi biovulati, ovulis e basi erectis. **Semina** erecta.) **Calyx** limbus

a. perigynus (semisuperus) 5dentatus, tubus campanulatus. **Stamina** circ. 20: **filamenta** filiformi-subulata. **Ovarium** semisuperum, septo completo v. in axi hiante. **Fructus** calyce carnosus inclusus, endocarpio chartaceo. **Semina** testa cartilaginea.

Arbores asiaticae subtropicae, foliis simplicibus coriaceis sempervirentibus, paniculis terminalibus corymbosis, fructibus parvis glabris . . . . .

3. *Photinia*  
*Lindl.*

###### **Ovarium** a. complete biloculare,

*Euphotinia Lindl.*

b. semibiloculare, *Myriomala Lindl.*

###### b. epigynus (superus), — (**Petala** patentia. **Ovarium** inferum, loculis biovulatis.)

a) 5partitus deciduus, laciniis subulatis; tubus infundibuliformis. **Petala** lanceolata. **Stamina** 20, calycis limbo breviora: **filamenta** filiformi-subulata. **Styli** basi coaliti. **Pomum** globosum, calycis limbo deciduo disco carnosus clausum, endocarpio chartaceo. **Radicula** inter cotyledones retracta.

Frutices **indici** foliis sempervirentibus coriaceis reticulatis crenulatis, stipulis subulatis, racemis terminalibus, saepe bracteis squamosis persistentibus obsitis, petalis albis, filamentis plerumque rubentibus . . . . .

4. *Rhaphiopsis*  
*Lindl.*

###### b) 5fidus, persistens v. deciduus; tubus urceolatus.

**Petala** orbiculata. **Stamina** 20 v. plura: **filamenta** filiformia. **Styli** liberi. **Pomum** plus minus ovatum v. globosum, carnosum, calycis limbo v. disco carnosus clausum, putamine osseo. **Semina** testa membranacea.

Frutices spinosi (rarius inermes) **europaei, orientales v. boreali-americani**, foliis integris v. lobatis, stipulis deciduis, corymbis terminalibus, bracteis subulatis caducis . . . . .

5. *Crataegus L.*

2) dispermis, interdum 3spermis **stylisque** 3. **Calyx** tubo urceolato, limbo supero 5dentato. **Stamina** plurima: **filamenta** filiformi-subulata; **antherae** subrotundae. **Ovarii** loculi biovulati, **ovulis** adscendentibus. **Endocarpium** cartilagineum. **Semina** erecta, testâ cartilagineâ.

**Petala** calycis fauci inserta, suborbiculata, supra unguem lanata,

(1) patentia, plana, subunguiculata. **Styli**

a. liberi, basi lanatâ tantum subcohaerentes. **Dentes calycini** sub anthesi recurvati. **Stamina** divergentia. **Pomum** globosum.

Arbores **europaeo-orientales**, foliis simplicibus eglandulosis, floribus racemoso-corymbosis, pedunculis ramosis . . . . .

6. **Aria P.**

b. basi connexi pubescentes, superne glabri. **Pomum** basi turbinatum, subexsuccum, lobis calycinis deciduis truncatum.

Arbores **europaeo-mediterraneae**, foliis simplicibus lobato-angulatis, floribus corymbosis, pedunculis ramosis . . . . .

7. **Torminaria (DC.)**

(2) erecta conniventia concava. **Dentes calycini** sub anthesi erecti, subconniventes. **Stamina** conniventia, petalis breviora. **Pomum** ovatum.

Frutices **europaei**, foliis simplicibus nervo supra glanduloso, floribus capitato-corymbosis v. subpyramidato-cymosis confertis . . . . .

8. **Chamaemepilus (DC.)**

3. **Pomum 3loculare** (subinde abortu v. incremento 2—5loculare): loculis

1) monospermis, endocarpio osseo. **Petala** basi lanata. (Reliqua praeter notas adductas **Crataegi.**) **Calycis lacinae**

(1) breves triangulares acutae v. ovatae acuminatae. **Styli** plerumque 3, glabri.

Arbores **europaeo-orientales**, foliis palmato-lobatis v. pinnatifidis . . . . .

5. b. **Azarolus Borkh.**  
(Subg. Crataegi.)

(2) lineari-lanceolatae v. lineari-subulatae. **Styli** basi lanati, 3—4.

Arbores **boreali-americanae**, foliis integris serratis v. angulatis incisive . . . . .

5. c. **Halmia (Medik.)**  
(Subg. Crataegi.)

2) dispermis, endocarpio cartilagineo. **Calyx** perigynus, turbinatus, limbo 5dentato: dentibus sub anthesi erectis, postea inflexis carnosis, in fructum ineuntibus. **Petala** patentia v. reflexa, breve unguiculata, concava, basi pilosiuscula. **Stamina** plurima, divergentia, petalis aequilonga. **Ovarii** loculi biovulati, ovulis adscendentibus. **Styli** 3, rarius 5, liberi, erecti, apicem versus geniculati, basi lanati: **stigmata** parva, capitellata. **Pomum** globosum v. subturbinatum, utrinque umbilicatum: loculis abortu saepius monospermis. **Semina** hinc plana illinc convexa, basi v. utrinque acuminata.

Arbores v. frutices **europaei, mediterraneo-orientales** et **boreali-americani**, foliis impari-pinnatis v. pinnati-partitis, floribus subpaniculato-corymbosis, pedunculis ramosis . . .

9. **Sorbus L.**



**4. Pomum 4-**(rarius 3—5)**loculare; styli** totidem. **Calyx** tubo urceolato, limbo supero 5fido: laciniis triangularibus brevibus. **Pomum** globosum v. pyriforme aut turbinatum. Reliqua **Crataegi**.

Arbores v. frutices **Americae borealis** subspinosi, foliis sublobatis v. incis, corymbis simplicibus paucifloris . . . . .

5. d. **Anthomeles**  
(Subg. Crataegi.)

**5. Pomum 3—5loculare**, loculis (abortu) monospermis, calycis limbo coronatum. **Calyx** limbo supero 5dentato. **Petala** calycis fauci inserta. **Stamina** calyce petalisque breviora: **antherae** ovatae. **Ovarium** inferum, 3—5loculare, (ovulis e basi erectis), loculis

1) semisepto parietali bipartitis, incomplete 6—10locellatum, locellis uniovulatis. **Styli** imâ basi coaliti. **Endocarpium** osseum. **Semina** testâ membranaceâ. — **Calycis** tubus turbinatus. **Petala** lanceolata. **Stamina** plurima.

Arbusculae v. frutices **europaeae, mediterraneae et boreali-americanae**, foliis simplicibus serratis bistipulatis, floribus racemosis albis, bracteis lineari-lanceolatis deciduis . . .

10. **Amelanchier**  
*Medik.*

Stamina lobis calycinis

a. dimidio breviora. **Styli** a basi liberi, staminibus breviores.

Sect. I. *Petromeles* Jacq. f.

b. Igt. subaequalia. **Styli** ultra medium usque coaliti, stamina aequantes v. paulo superantes.

Sect. II. *Botryapium*.

2) biovulatis. **Endocarpium** cartilagineum. **Sem.** testa cum endocarpio confusa. **Embryonis** subglobosi **cotyledones** hemisphaericae, **radicula** brevissima, inter cotyledones retracta. **Calyx** tubo campanulato lanato. **Petala** ovato-oblonga, intus barbata. **Stamina** 20—40: **filamenta** subulata.

Arbusculae **chinenses, japonicae et nepalenses**, ramulis tomentosis, foliis bistipulatis crasse coriaceis serratis subtus racemis (terminalibus compositis) lanatis, bracteis subulatis deciduis . . . . .

11. **Eriobotrya**  
*Lindl.*

**6. Pomum 5loculare; styli** 5 (per abortum subinde pauciores), loculi

1) monospermi. **Ovarium** inferum, 5loculare, loculis bi- (in genere 12 uni-) ovulatis, ovulis e basi erectis. **Stamina**

(1) plurima: **filamenta** filiformi-subulata: **antherae** subrotundae. **Styli** liberi. **Pomum** calycis limbo (in no. 12. quoque stylis) coronatum, endocarpio osseo. **Semina** erecta. **Calycis** limbus superus

a. 5fidus, laciniis lanceolatis acutis, tubus campanulatus.

**Corollae** petala calycis fauci inserta, oblonga, plana, patentia. **Styli** exserti, infra medium barbati. **Pomum** ovatum, lanatum . . . . .

12. **Osteomeles**  
*Lindl.*

b. 5partitus, laciniis foliaceis, tubus turbinatus. **Petala** calycis disco magno mellifluo marginati fauci inserta suborbiculata. **Styli** glabri. **Pomum** turbinatum, vertice areolâ lata nudâ.

Arbusculae **europaeae** spontaneae spinosae, cultae saepius inermes; foliis simplicibus lanceolatis serrulatis bistipulatis, floribus subsolitariis subsessilibus amplis, bracteis persistentibus . . . . .

13. **Mespilus (L.) Lindl.**

(2) 20 v. plura: **filamenta** filiformia; **antherae** ovatae. **Calycis** tubus urceolatus, limbo superno 5fido. **Petala** patentia, orbiculata. **Styli** liberi. **Pomum** ovatum, carnosum, calycis limbo v. disco carnosum clausum, endocarpio osseo. **Sem.** testa membranacea.

Arbores v. frutices ut plurimum spinosi, **mediterraneo-orientales** et **boreali-americani**, foliis integris v. lobatis aut incisis, stipulis deciduis, corymbis terminalibus, bracteis subulatis deciduis . . . . .

5. e. **Phaenopyrum**  
(Subg. Crataegi.)

2) dispermi, endocarpio seminumque testâ cartilagineis. **Petala** calycis fauci inserta, breviter unguiculata, plus minus orbicularia. **Stamina** plurima, divergentia; **filamenta** filiformi-subulata; **antherae** subtrotundae. **Ovarium** inferum v. semiinferum, 5loculare, loculis biovulatis, ovulis collateralibus adscendentibus. **Semina** collateralia erecta. — **Styli**

(1) 5,

a. distincti et liberi; **stigmata**

a) parva, capitellata. **Petala** reflexa. **Stamina** corollam aequantia v. subaequantia. **Calycis** tubus

(a) cyathiformis, limbus 5dentatus: dentibus sub anthesi erectis, hac peractâ carnosus et introrsum flexis. **Petala** imberbia. **Styli** basi lanati. **Pomum** utrinque umbilicatum.

Frutices v. arbusculae **mediterraneae boreali-americanae**, foliis glanduloso-crenulatis, nervo medio supra glanduloso, floribus parvis corymbosis. . . . .  
**Corymbi**

a decompositi densiflori; folia pinnatipartita v. lyrata.

Sect. I. *Adenorachis DC.*

β. compositi; folia integra.

Sect. II. *Aronia s. str.*

(b) turbinatus, perigynus (semiadhaerens), limbus 5dentatus: dentibus recurvatis marcescentibus. **Petala** supra unguem lanata. **Styli** filiformes, apice geniculati, secus totam longitudinem fortiter lanati. **Pomum** pyriforme v. subglobosum. **Semina** subinde in loculis solitaria, ampla, complanata . . . . .

14. **Aronia P.**

b) obliqua. **Calyx** perigynus tubo urceolato, super ovarium ampliato, limbo 5fido v. 5dentato: laciniis sub anthesi reflexis vel expansis et recurvatis, persistentibus, marcescentibus, post anthesin conniventibus, sinibus rotundatis sejunctis. **Petala** expansa, concava, glabra, rarius supra unguem barbata, staminibus longiora. **Pomum** clavatum, turbinatum v. subglobosum, basi haud umbilicatum.

Arbores v. frutices **gerontogaeae**, foliis simplicibus serratis bistipulatis eglandulosis, cymis terminalibus patentibus multifloris: pedicellis simplicibus umbellatis, bracteis subulatis deciduis.

b. basi ad medium usque tomento lanoso subconnexi.

**Petala** patentia, plana,

a) integra. **Pomum** globoso-depressum, basi umbilicatum. Reliqua **Pyri**.

Arbores maxima parte **gerontogaeae**, paucae **neogaeae**, plerumque plus minus pubescentes aut pilosae, floribus rubescentibus . . . . .

b) apice subtridentata, subunguiculata. **Styli** elongati, basi hirsutissimi. **Pomum** globosum, gla-

15. **Cormus Spach.**

16. **Pyrus Tourn.**

17. **Malus Tourn.**



brum, calycinis lobis utrinque tomentosis coronatum . . . . .

- (2) unicus apice 5fidus: **stigmatibus** compresso-reniformibus. **Calyx** tubo turbinato libero, limbo 5dentato. **Petala** sessilia, oblonga, apice emarginata, concava, basi barbata. **Stamina** 20 patentia, calycis limbo longiora, alterna breviora: **filamenta** filiformi-subulata; **antherae** ovatae. **Ovarium** 5loculare, liberum, loculis biovulatis, ovulis adscendentibus. **Capsula** (?) intra calycis tubum limbi dentibus conniventibus clausum ossea, fragilis, 5locularis, loculicida 5valvis. **Semina** collateralia, erecta, compressa, oblonga, testâ cartilagineâ. **Radicula** exserta . . . . .

18. **Eriolobus**  
*DC.*

- 3) polyspermi. endocarpio cartilagineo; **semina** adscendentia v. horizontalia, testâ mucilaginosâ. **Calycis** tubus adhaerens, campanulatus v. urceolatus, limbus amplus, 5partitus v. profunde 5fidus, persistens, laciniis foliaceis. **Petala** patentia, brevi unguiculata, orbicularia. **Stamina** erecta: **filamenta** filiformi-subulata, **antherae** subrotundae incumbentes. **Ovarium** inferum, 5loculare, loculis multiovulatis, ovulis adscendentibus.

**Lobi calycini**

- (1) sub anthesi reflexi, postea erecti, serrulati. **Stamina** 20 v. plura, uniseriata. **Styli** basin versus vel infra medium tomento plus minus cohaerentes.

Frutices v. arbusculae **europaeae** et **indico-chinenses**, foliis simplicibus integerrimis v. denticulatis, subtus saepe lanato-tomentosis, bistipulatis, floribus solitariis v. fasciculatis sessilibus terminalibus, corollis amplis spectosis . . . . .

- (2) erecti, oblongi, obtusi, breves. **Stam.** circ. 40, biseriata. **Styli** inferne pube brevi cohaerentes . . . . .

19. **Stranvaesia**  
*Lindl.*

20. **Cydonia**  
*Tourn.*

21. **Chaenomeles**  
*Lindl.*

**II. Carpidia inter se distincta,**

1. dorso calyci adnata. **Calycis** tubus adhaerens, limbus superus, 5dentatus. **Petala** calycis fauci inserta. **Filamenta** subulata; **antherae** ovatae. **Styli** liberi. **Ovaria**

- 1) biovulata, ovulis collateralibus, e basi erectis, (**semina** erecta, testâ membranaceâ)

(1) 5, **stylis** totidem; **calycis** tubus urceolatus, limbi dentibus post anthesin carnosus inflexis. **Petala** orbiculata, patentia. **Stamina** 20 v. plura. **Pomum** subglobosum, carnosum . . . . .

(2) 2-5, **calycis** tubo turbinato inclusa, epicarpio parce carnosio, endocarpio osseo, abortu monospermo. **Petala** ovata, erecta. **Stamina** 20-50, calycis limbum aequantia.

Frutices **europaei, mediterranei, orientales, indico-nepalenses**, foliis simplicibus integerrimis subtus lanatis, corymbis lateralibus patentibus paucifloris v. pedunculis solitariis unilobis, bracteis subulatis deciduis, petalis parvis persistentibus . . . . .

22. **Pyracantha.**

23. **Cotoneaster**  
*Medik.*

- 2) uniovulata, ovulo erecto. **Calyx** tubo brevi, limbo patentissimo rigido. **Petala** calycis limbo longiora, concava. **Stamina** 20, calycis limbo breviora. **Styli** 5. **Fructus** . . . . .

Frutices **peruviani** inermes v. ramulis spinoscentibus armati, foliis simplicibus, floribus corymbosis . . . . .

24. **Hesperomeles**  
*Lindl.*

2. omnino libera, 2-3, incomplete bilocellata, cartilaginea, disperma, **pomo** calycis limbo coronato exsucco inclusa. **Semina** angulata, compressa, testâ cartilagineâ. **Calyx** tubo urceolato, limbo 5lobo. **Petala** late obovata, unguiculata. **Stamina** circ. 20, exserta. **Ovarium** inferum, 2-3loculare, loculis semisepto parietali bipartitis incomplete 4-Glocellatum, locellis uniovulatis, ovulis e basi erectis. **Styli** 2-3, imâ basi coaliti . . . . .

25. **Peraphyllum Nutt.**

## Synopsis specierum.

### 1. Chamaemeles.

Lindl. in Linn. Trs. XIII. 1. 104. — DC. Prodr. II. 631. — G. Don gen. syst. II. 602. — Meisn. gen. 106. (74.) — Endl. gen. 1238. 6351.

Inermis (?). Folia simplicia, coriacea, cuneiformi-obovata obsolete crenata, nitida subavenia. Stipulae membranaceae, nitidae. Racemi axillares, folium aequantes, pilosiusculi, basi foliosi (bracteati Endl.?).

**Ch. coriacea** Lindl. l. c. t. 11. — DC. l. c. — G. Don l. c. — Sprg. S. V. II. 460.

Crataegus coriacea Sol. MS.

In insulâ Maderâ, in rupibus maritimis ad viam Canico dictam ab oppido Funchal orientem versus. 5.

Caulis teres, glaber et rami alterni erecto-patentes tuberculati. Folia erecto-patentia, approximata, in petiololum lineam longum campanato-canaliculatum attenuata, apice rotundata, 6-10" longa, 4-5" lata. Racemi erecti, rhachi tereti glabrâ, pedicellis alternis vix lineam longis teretibus glabris, basi bracteolâ foliis conformi vix lineam longâ suffultis. Flores minuti, diam. circ. 3"; calycis dentes brevissimi acutiusculi; petala inter se distantia, subrotundo-obovata, erecta. Filamenta basi vix dilatata, erecto-patentia, petalis paulo breviora. Ovarium nudum. Stylus crassus, subclavatus, basi pubescens, filamenta aequans.

Variat foliis majoribus et minoribus.

### 2. Heteromeles m.

Nomen e genitalibus numero diminutis a reliquis generibus valde alienis derivatum.

Folia oblongo-lanceolata, acuta, distanter argute et inaequaliter glanduloso-serrata; paniculae corymbosae terminales: pedicellis calyce brevioribus.

**H. arbutifolia.**

Crataegus arbutifolia Ait. Kew. ed. 2. III. 202.

Photinia arbutifolia Lindl. l. c. 103. et Bot. Rg. t. 491. — DC. l. c. 2. — G. Don l. c. 2. — Sprg. l. c. 508. 2. — Sp. l. c. 80. Torr. & A. Gr. l. c. 473.

In Californiâ. 5.

Folia breve petiolata, coriacea, rigidissima, margine revoluta. Flores albi. Poma parva.

a. nudiflora: paniculis nudis.

Photinia nudiflora Nutt. MS.

β. foliolosa: paniculis bracteatis.

Photinia foliolosa Nutt. MS.

Verisimiliter species duae distinctae. Genus autem patriâ et genitalium numero, ut a cl. Nuttallio in Torr. & A. Gr. l. c. describitur, a Photiniis mere asiaticis satis recedere videtur.



5.a. **Oxyacantha.**

Medik. — Crataegus, Oxyacanthae Griseb. Spicil. Fl. Rumel. etc. I. 89. (p. p.)

Omnes spinosae, varietate tantum inermes. Flores corymbosi,

1. constanter **monogyni**. Folia antice plus minus profunde 3—5-fida v. 3—5loba, basi

1) rotundata (rarius tantum subproducta in petiolum), utrinque glabra v. subtus ad nervos ciliata; stylus inflexus; calycis hirsuti, laciniis oblongis acuminatis patentibus apice obtusis; fructus oblongi, basi foveolati monopyreni: pyrena ovato-oblonga, fusco-brunea, dorso convexa, 3—4sulcata, facie obversâ rimâ longitudinaliter infra medium umbilicatâ instructa.

2) obovato-cuneiformia, glaberrima, subtriloba, tarde decidua, lobis subserratis acutis; corymbi pauciflori glabri; calycis lacinae ovatae acuminatae reflexae; ramuli et folia glabra.

3) cuneata;

(1) inferiora saepe fere integra, reliqua cuneiformia, 3fida, lobo intermedio obtuso profunde 3-rarius 5dentato dentibus subaequalibus, omnia margine petiolisque hirtula; corymbi laxiusculi, pedunculi calycisque glabri; fructus longe pedunculatus ovoideus.

(2) omnia 3—5fida, glabra, subtus vix puberula; lobis

a. circumseratis; calycis lacinae acutae reflexae; poma nigra.

1. **O. kirtostyla.**

Crataegus kirtostyla Fingerh. in Linn. IV. 372. et 379. t. III. f. 1. — G. Don l. c. 600. 37.

In Germania „in der Eifel“ pr. Schleiden. 5.

Frutex v. arbor 5—6pedalis, cortice rimuloso albido-griseo, ramis erectis, ramulis patentibus spinosissimis. Folia rhombica, lobis variformibus, acuminatis, acutis v. obtusis, medio serrato, lateralibus saepius integerrimis, supra obscure viridia nitida, subtus pallidiora, nervis 3—5 glaucescentibus, in axillis pilosis. Stipulae ovali-lanceolatae, subserratae. Corymbi terminales 2—4flori, et pedunculi solitarii uniflori in summis axillis. Pomum obscure cinnabarium, nitidum.

2. **O. heterophylla.**

Crataegus heterophylla Flügge in Ann. Mus. XII. 423. t. 38. — DC. l. c. 629. 30. — G. Don l. c. 600. 39. — Ledeb. Fl. Ross. II. 90. 9. — Jaume St. Hil. l. c. t. 358. — Lindl. Bot. Rg. t. 1151. et 1847.

Mespilus heterophylla Desf. Ht. Par. — Sp. l. c. 67.

Mespilus Aronia Wats. Dendr. brit. t. 165. (mala).

M. constantinopolitana Ht. (?)

In provinciis caucasicis. 5. 5.

Arbuseola ut plurimum inermis. Folia firma, nitida, in petiolum decurrentia, subtus glaucescentia, 1—3'' longa: inferiora ramulorum lateralium oblonga, apice denticulata v. tridentata, aut integerrima, superiora cuneiformia trifida: lobis integerrimis, denticulatis v. incis; folia turionum terminalium rhomboidalia, pinnatifida: lobis incis denticulatis. Stipulae turionum terminalium amplissimae, pinnatifidae. Corymbi laxi, ramis simplicibus. Calycis lacinae triangulares, cuspidatae, reflexae. Flores magnitudine illorum *O. vulgaris*, albi. Pomum rubrum, ovoideum v. oblongum, 3—4'' lg., pyrena unicâ subpentagonâ (Spach).

3. **O. granatensis.**

Crataegus granatensis Boiss. Elench. 72. Voy. bot. en Esp. 622. t. 61. — Wlp. Rp. II. 57.

In convallibus Sierrae Nevadae, alt. 5—6000'. 5.

Arbor 25—30pedalis, trunco saepe hominis crassitudine, ramis spinosis. Valde affinis *O. heterophyllae*, quae differt ramis inermibus, stipulis duplo majoribus, foliis glaberrimis angustius cuneatis, lobo intermedio acuto denticulato, nec obtuso profunde tridentato.

4. **O. Pallasii.**

Crataegus Pallasii Griseb. l. c. 89. Cr. monogyna nigra Pall. Fl. Ross. I. 26. t. 12. — Wild. Sp. pl. II. 1006. 17. β.

## (Oxyacantha Pallasii)

Cr. melanocarpa Bory Exp. Mor. 140.

In *Rossia meridionali* ad *Wolgam* et in provinciis *Caucasicis*, in *Mored.* 5.

Oxyacantha fructu nigro *Kraschen.* Kamtsch. 100 eadem stirps esse videtur, a recentioribus penitus neglecta et cum *O. monogyna* confusa. Spinosa. Folia 5fida, cuneiformia, incisa. Stipulae lanceolatae.

5. **O. Azarella.**Crataegus Azarella *Griseb.* l. c. 88. — *Wlp.* l. c. 915.Cr. monogyna *ht. grd.*In insulae *Tasos*, *Thraciae* et *Macedoniae* fruticetis et silvis ad alt. usque 2100'. 5.

Ramuli parce spinosi pedunculique pilosopuberuli.

b. oblongis obtusatis mucronatis apice tantum pauciserratis, ovato-subrotunda; stipulae serratae integraeque lanceolatae; calycis lacinae oblongae obtusae reflexae glabrae; poma (juniora) ovariaque ovoidea pilosa rubentia.

2. plerumque **monorarius** (in eadem stirpe) **digyni**; folia

1) integra aut obtuse triloba subrhombea basi obovata, crenata, utrinque concolora.

6. **O. obtusata.**Crataegus oxyacanthoides *Thwill.* Fl. Paris. 245. — *DC.* Fl. Fr. IV, 433. — *Lindl.* Bot. Rg. t. 1128.Cr. Oxyacantha *Fl. Dan.* t. 634. — *Jacq.* Fl. Austr. t. 292. f. 2.Cr. Oxyacantha *a. obtusata Ser.* in *DC.* Prodr. l. c. 628. 29. — *G. Don* l. c. 600. 36.Mespilus Oxyacantha *a. integrifolia Wallr.* Sched. crit. 219. (p. p.)Cr. Oxyacantha *β. oxyacanthoides* (foliis cuneatis ovalibus minus incisicircum-serratis) *Rchb.* Fl. germ. exc. 628. 4047.In *Europae mediae* sepibus, ad silvarum margines. 5.7. **O. macrocarpa.**Crataegus macrocarpa *Hegelschw.* Fl. der Schw. 464. 1392.In montanis *Helvetiae*: ad montem *Etzel* versus *Einsiedeln.* 5.

Frutex spinosus, 16—20 pedalis, foliorum lobis fere ad medium usque separatis. *O. vulgaris* differt foliis minus profunde incisicrenatis, poma rotundo; *O. monogyna* foliorum lobis ultra medium partitis, pomis gracillioribus basi minime gibbosis.

An eadem ac Cr. Oxyacantha var. *pentacycla* fructibus angulatis basi verrucosis, a *cl. Wallr.* l. c. 220. commemorata?

8. **O. monogyna.**Crataegus monogyna *Jacq.* l. c. t. 292. f. 1. — *Willd.* Sp. pl. II. 1006. 17. — *Fgh.* l. c. 374. et 380. t. III. f. 2. — *Fl. Dan.* t. 1162. — *G. Don* l. c. 38.Crataegus Oxyacantha *Bull. Hb.* t. 333. — *DC.* Fl. Fr. l. c. — *E. B. t.* 2504.Cr. sibirica *Lodd.*Cr. transylvanica *ht.*Mespilus monogyna *Willd.* Enum. 524. — *Guimp.* Holz. t. 73. — *Sprg.* l. c. 507. 32.— *Wallr.* l. c. 221. — *Sp.* l. c. 68.Mespilus Crataegus *Borkh.*In *Europae mediae* silvis montanis, praesertim in solo calcareo, frequens. 5.

Frutex v. arbuscula spinosissima. Folia cuneiformia v. cuneiformi-obovata v. rhomboidea, in petiolum decurrentia, ramulorum terminalium pinnatifida v. pinnatipartita, inferne integerrima: segmenta trifida v. apice inciso-dentatis, ac in *O. vulgaris* profundioribus acutioribusque. Corymbi subsimplices v. ramosi. Flores ac in *O. vulgaris* minores et seriores, albi. Calyces pedunculique glabri v. villosi. Dentes calycis triangulario-blongi, obtusiusculi, reflexi, tubo breviores. Poma ellipsoideum v. ovale, purpureum.

p. p.)

n Linn. IV. *G. Don* l. c.pr. *Schlei-*

cortice risis, ramulis ombea, lottis v. obtusius interida, subtus, in axillatae, sub-fflori, et mis axillis. um.

n Ann. Mus. 629. 30. — *Fl. Ross.* l. c. t. 358. 1847.

Par. — *Sp.*

brit. t. 165.

Folia firmita, subtus fiora ramulodenticulata periora curis, denticulata terminalium cisis denticulatum am-laxi, ramis triangulares, nitidine illum rubrum, g., pyrena

Elench. 72. *Wlp.* Rp.

e, alt. 5—

caepe homi-Valde affiffert ramis us, foliis bo intermeo profunde

89. *Ross.* l. 26. 6. 17. β.



(Oxyacantha monogyna)

*a. cuneata* Wallr.: foliis obovato-cuneiformibus apice obsolete trifidis integerrimisve, venosis.

*β. trifida* Wallr.: foliis obovatis apice trifidis trinerviis, nervorum deplanatorum exaratorum cruribus barbatis, laciniis divaricatis apice serratis.

*γ. decussata* Wallr.: foliis profunde repetitque trifidis, laciniis decurrentibus divaricatis.

*δ. subrotundata*: foliis obovatis et subrotundo-rhombicis 3—5lobis subintegrisque: lobis subdivaricatis obtusis superne subdentatis subtus versus basin rotundatam vix cuneatam subpubescentibus, petiolis fere glabris, floribus mono-gynis, laciniis calycinis reflexis obtusis, bracteis integerrimis, fructibus subrotundis 1—2pyrenis basi rotundatis v. retusis. *Lasch. in Linn. V. 440.*

*ε. Laschiana*: foliis rhombicis et obovatis 5-subtrilobis integrisque: lobis acuminatis subtus ad venarum axillas pilosulis, petiolis subpilosulis, floribus 1—2gynis, laciniis calycinis elongatis acutis glabris interdum sparsim ciliatis dein reflexis, fructibus ellipticis 1—2pyrenis basi retusis. *Lasch. l. c.*

Variat: pedicellis calycibusque subvillosulis, fructibus subpilosulis.

*ζ. acuminata*: foliis rhombico-subrotundis et obovatis 5-subtrilobisque: lobis subdivaricatis acuminatis supra praesertim pilosulis basi rotundatis subcuneatis, floribus 1—2gynis, laciniis calycinis elongatis obtusis, fructibus subovatis 1—2pyrenis. *Lasch. l. c.*

*η. plena*: floribus albis plenis.

Aubépine commune à fleurs doubles.

Var. *hortensis* ut sequentes.

*θ. rosea*: floribus persicinis.

Crat. *Oxyacantha punicea* Bot. Cab. t. 1363.

Crat. *rosea*, coccinea hort.

*c. variegata*: foliis albo- v. luteo-variegatis.

Aubépine à feuilles panachées.

*x. xanthocarpa*: fruct. luteo.

#### 4) laciniata, 3—5loba: lobis iterum lobatis v. pinnatipartitis, lobulis

(1) angustissime partitis incisisque subtus pubescentibus; poma turbinate villosa monopirena rubra.

(2) acutis divergentibus serratis; folia ovata, basi attracta dilatata subrhombica, semel vel bis bi-trifida, glabriuscula; poma subrotunda v. ovato-oblonga.

(3) profundis divaricatis extrorsum serratis glabris subtus discoloribus subcoriaceis.

#### 9. *Oxyacantha elegans.*

*Crataegus elegans* Poir. Enc. IV. 439. — *Pers. Syn. II. 38. 28.*

Crat. *Oxyacantha γ. laciniata* DC. l. c. (p. p.)

— *G. Don l. c. (p. p.)*

*Mespilus Oxyacantha δ. anguste laciniata*

DC. Fl. Fr. IV. 531.

In silvaticis Galliae prope *St. Leger*, haud

procul a *Versailles*. 5.

Folia ac in *O. vulgari* quoque minima.

#### 10. *O. media.*

*Crataegus media* Bechst. Forstb. 580. Diana

l. 85.

*Mespilus Oxyacantha β. laciniata* Wallr.

l. c. 219.

*Mespilus intermedia* Poir. (?)

In *Europa media*. 5.

#### 11. *O. apiifolia.*

*Mespilus apiifolia* Medik. Gesch. der Bot. 82.

*Crataegus Oxyacantha δ. monostyla* DC.

l. c. (p. p.) — *G. Don l. c. (p. p.)*

Hab. cum praecedentibus. 5.

Flores magnitudine illorum *O. vulgaris*, utplurimum et fere constanter monogyni.

5) profundius incisa, fere pinnata: pinnâ extimâ trilobâ, cum lateralibus confluyente, duabus infimis remotioribus in petiolum subdecurrentibus bifidis, omnibus oblongo-lanceolatis inaequaliter inciso-serratis.

6) inciso-pinnatifida hirsuta, lobi oblongis acutis apice paucidentatis: lobi calycini acutiusculi reflexi hirsuti; fructus elliptici.

3. rarius **mono-gyni**, plerumque **di-gyni**, rarissime **trigyni**.

Folia obovata subrhombea subtrifida obtusa membranacea glabruscula utrinque concolora, nervo medio basique cum petiolis pubescentia; styli erectiusculi; calyces glabri: laciniis plano-expansis acuminatis acutiusculis; poma subglobosa, 2—3pyrena: pyrenae ovatae, pallide fuscae, dorso convexae bisulcatae, sulcis infra medium evanescentibus, facie obversa excavato-planiusculae, striâ longitudinali angulato-prominulâ.

12. **O. laciniata.**

*Crataegus laciniata* Bess. Enum. 58.

*Crat. monogyna*  $\beta$ . *laciniata* Stev. ex Ledeb.

Fl. Ross. II. 89.

In *Podoliâ*. 5.

13. **O. sicula.**

*Crataegus laciniata* *Ucria* ex hb. Moric. —

*DC.* l. c. 629. 35. — *G. Don* l. c. 601. 45.

In *Siciliâ* montibus *Nebrodensibus* (*Madonie*). 5.

14. **O. vulgaris** *Erndt* Virid. Varsov. 86.

*Crataegus Oxyacantha* *L.* Sp. pl. 683. —

*Fl. Dan.* t. 634. — *Bluckw.* hb. t. 149. —

*Knorr.* Del. I. t. S. — *Willd.* l. c. 1005. 16.

— *Schk.* Hdb. t. 132. — *Sv. Bot.* t. 157.

— *Rehb.* l. c. — *Ledeb.* l. c. 88. (et ejus

side.)

*Crat. spinosa* *Gillib.* Fl. Lith. V. 231.

*Cr. glandulosa* *Georgi* Besch. des russ.

*Rech. III.* Nachtr. 273.

*Crataegus Oxyacantha*  $\beta$ . *vulgaris* (foliis

ovatis basi cuneatis profunde trifidis pinnatifidisve utrinque concoloribus, lobis

acutis divergentibus subseratis, floribus

1—3gynis) *Ser.* in *DC.* l. c. — *G. Don*

l. c. (p. p.)

*Mespilus Oxyacantha* *Gaertn.* fr. II. t. 87.

— *Waltr.* l. c. 219. (p. p.) — *Sprg.* l. c.

507. 31. — *Sp.* l. c. 67.

*Oxyacantha* s. *Spina acuta* *Dod.* *Pempt.*

751.

Per omnem *Europam*, *Asiam mediam*, *Sibiriamque*

in silvis, fruticetis et sepius frequentissime; in *Americâ boreali* et

*Terrâ Novâ* introducta. 5.

Nomina vernacula hujus et *O. monogynae*:

*Hagdorn*, *Weissdorn*, *Mehlbeere*

etc. germ., *Aubépine*, *Épine blanche*, *Bois de Mai* gall., *Hawthorn*, *White-thorn* angl., *Branco*

*spino ital.*

*Frutex* 6—12pedalis v. arbuscula, ramossissima; rami grisei, spinis brevibus fortibus

subulatis armati. Folia glabra, cuneiformia, cuneiformi-obovata, obovata, ovata, ovato-

rhomboidalia aut ovato-rotundata, in petiolum decurrentia, fere a basi denticulata v.

inciso-dentata, apice triloba (in ramulis junioribus profunde triloba v. pinnatifida): lobis

rotundatis v. acutis, terminali saepius trilobo v. trifido, 1—2'' longa, 10—20'' lata, firma, supra lucida, subtus pallida v. glaucescentia, petiolo brevi v. laminâ longiore, interdum subvillosa. Corymbi laxissimi. 5—

9flori, subsimplices: pedicellis (cum calycibus) glabris v. villosis, longissimis, raro 2—

3floris. Dentes calycini triangulares, brevissimi, reflexi. Flores albi, diametro semipollicares. Poma coccinea, ellipsoidea v. ovalia, diam. 4—5''', pulpâ flavescente farinosâ, vix

edulia. — Lignum durissimum, tenax, saepe fuscescenti-venosum. Cortex tinctorius. Flores et folia *Theae* loco hinc inde adhibentur.

*Frutex* ad sepes conficiendas aptissimus.

$\beta$ . subinermis: subspinosa, ramis extremis pubescentibus, foliis minoribus subro-



(Oxyacantha vulgaris)

tundis obsolete 3—5lobis basi cuneatis; lobis obtusis inaequaliter dentatis utrinque venisque pubescentibus, laciniis calycinis obtusis, bracteis rectiusculis. *Lusch* l. c. 439.

γ. xanthocarpa: fruct. flavis.

δ. leucocarpa: fructibus albidis.

Varietates hortenses.

ε. inermis: spinis plane destituta.

*Steud.* in *Nel.* ed. 2. 433. sequentes adhuc indicat varietates, nobis ignotas:

- Crataegus quercifolia* *Booth.*  
 — *aurantiaca* *Booth.*  
 — *apetala* *Lodd.*  
 — *aurea* *ht.*  
 — *capitata* *Sm. Ayr.*  
 — *flexuosa* *Sm. Ayr.*  
 — *Celsiana* *ht.*  
 — *eriocarpa* *Lindl.*  
 — *multiplex* *ht.*  
 — *pendula* *Lodd.*  
 — *praecox* *ht.*  
 — *punicea* *Lodd.*  
 — *purpurea* *Penny.*  
 — *Reginae* *ht.*  
 — *stricta* *Lodd.*

Variat praeterea foliis subrhombis v. minoribus subrotundis trilobis basi rotundatis v. lobis subincisus v. subtus pilosulis, subrotundo-obovatis v. integris subduplicato-dentatis; laciniis calycinis dense ciliatis, omnibus obtusis v. acutis v. demum subreflexis; floribus subsolitariis; pomis magis ovatis v. basi obtusis, acutiusculis v. retusis, aliisque modis fere infinitis. Cf. quoque *Wullr.* l. c.

### 3. Photinia.

*Lindl.* l. c. 103. — *DC.* l. c. 631. — *G. Don* l. c. 602. — *Sp.* l. c. 79. — *Meisn.* l. c. 106. (75.) — *Endl.* l. c. 1238. 6350.

#### Sect. I. Euphotinia.

*Lindl.* in *Bot. Rg.* n. 1956.

**1. Flores cymosi:** cymae sessiles pauciflorae lanatae; calycis dentes obtusi membranaceo-marginati; folia lanceolata acuminata argute serrata glabra.

**2. Flores umbellati;** (folia acuminata serrata;) umbellae terminales,

1) subsimplices; folia ovata, glabra.

2) compositae; folia (ovato-)oblonga cum fructibus pedicellisque villosa.

**1. Ph. arguta** *Wall.* L. 673. — *Lindl.* in *Bot. Rg.* l. c. — *Wlp. Rp.* II. 57.  
 In *Pundua Indicae orient.* 2.  
 Fructus ignoti.

**2. Ph. laevis** *DC.* l. c. 5. — *G. Don* l. c. 7.  
*Crataegus laevis* *Thb.* *Jap.* 204. — *Willd.* l. c. 1003. 10. — *Sprg.* l. c. 506. 17.  
 In *Japonia.* 5.

Frutex totus glaber. Folia e gemmis alternis 3—4, petiolata, tenuissime serrata, plana, tenuia, patentissima, inaequalia, pollicaria. Flores patentissimi; umbella rarius radio unico trifido v. racemoso. Stigmata capitata.

**3. Ph. villosa** *DC.* l. c. 6. — *G. Don* l. c. 8.  
*Crataegus villosa* *Thb.* l. c. — *Willd.* l. c. 9.  
 — *Sprg.* l. c. 18.

In *Japonia.* 5.  
 Folia petiolata, venosa, bipollicaria. Stigmata capitata.

**Obs.** Haec et praecedens a cl. *Lindl.* in *Linn. Trs.* et *DC.* dubiae tantum huc ducuntur.

**3. Flores paniculati:** paniculae terminales compositae, (pedicellis calyce longioribus.)

1) corymbosae: ramis ramulisque

(1) glabris; folia oblonga acuta, serrulata glabra, superiora petiolis vix 4plo longiora.

**4. Ph. serrulata** Lindl. II. c. — DC. I. c. 1. *G. Don* I. c. 1. *Sp.* I. c. 80 (?). — *Spry.* I. c. 508. 1.

*Crataegus glabra* Thb. I. c. 205. — *Willd.* I. c. 1004. 11. — *Ait. Kew.* ed. 2. III. 202.

— *Sims Bot. Mg.* t. 2105. — *Lodd. Bot. Cab.* t. 248. — *Colla* ht. Rip. t. 36.

*Mespilus glabra Sweet* ht. suburb. 112.

In *China* et *Japonia*. 5.

Arbustula dense frondosa, sempervirens.

Hab. . . . . 5. In plantationibus et hortis culta.

Arbor 25—30pedalis, ramis comam ovali-rotundatam formantibus; ramuli virgati, rufescenti-fusci. Gemmae magnae, ovatae v. ovato-oblongae, obtusae. Folia 2—3" longa, 1½—2½" lata, supra intense viridia nitida (nascensia valde floccosa), adulta subtus levissime tomentosa: costa et nervi rufescentes subtus glabriusculi, supra glandulis aliquot parvis flavicantibus conspersi. Petiolus 8—10" longus, tomentosus. Pedunculi et calycini tubi primum floccosi, demum glabri. Petala ovali-elliptica, circ. 3" longa. Pomum diam. et lgt. 5—6". *Pyrena* parva, laevia, brunnea.

**6. A. cuspidata.**

*Crataegus cuspidata* *Spch.* l. c. 6.

*Sorbus vestita* *Lodd.* Cat.

In *Nepaliâ*. 5.

Rami rufescenti-brunnei. Folia 3—5" longa, 1—2½" lata, nascensia supra floccosa, adulta glabra et supra lucide viridia. Petioli 4—6" longi ramulique juniores tomentosi. Flores et fructus ignoti.

**7. † A. Hostii** *Jacq. fil.* Cat. ht. univ. Vindb. 1826. — *Host* l. c. 8.

*Pyrus Aria* ♂, fruticosa *Dierb.*

In *Austriâ*, *Styriâ* subalpinis, alpium convallibus, locis rupestribus saxosis. 5.

Plerumque frutex, ramis patentibus, ramulis novellis tomentosis. Folia facie laete viridia, dorso pallida, primo pilis consita, dein glabra. Pedunculi tomentosi; ad basin pedicellorum bractea linearis membranacea decidua. Calyx tomento deciduo obductus, 5fidus: laciniis patulis acutis. Petala parva, patula, obovata, concava, rosea. Germen tomentosum. Fructus ex rotundo ovatus, ruber, includens semina (*pyrena*) oblonga, 2 aut 1.

*Cl. Reissek* (Bot. Zt. XXV. [1842] 103.) quidem hanc stirpem pro *Chamaemespilo* cultâ habet, caule erecto humanam altitudinem excedente; sed *cl. Host* loca indicat, ubi spontanea crescit. Quare res adhuc dubia videtur.

**8. A. nivea** *Host* l. c.

*Crataegus Aria* *L. Sp.* pl. 681. (excl. β.) — *Spch.* l. c. 100. t. 9. f. H. — *Murr.* S. V. 464.

*Pyrus Aria* *Ehrh.* Beitr. IV. 20. — *Willd.* Sp. pl. II. 1021. 19. — *Sprg.* l. c. 28. — *Ser.* l. c. 636. 23. — *G. Don* l. c. 30. —



(Aria nivea)

E. B. t. 1858. — *Fl. graec.* t. 479. —

Kern. ökon. Pl. t. 557.

Mespilus Aria Scop. Carn. I. 345. 591. —

Lois. in *Duh.* ed. nov. IV. t. 34.Sorbus Aria *Rchb.* Fl. germ. ex. 628. 404.

— Koch Syn. Fl. germ. 237. — Pers.

Syn. II. 38.

Azarolus Aria *Borkh.* II. 1229.Aria *Dalech.* hist. 202.Aria cognominata *Clus.* hist. 9.Sorbus alpina *Bauh.* hist. I. 65.In silvis alpinis *Europae mediae et australis, Tauria, Sibiria altaica* et in provinciis *Caucasicis.* 5 5.

Frutex 4—10pedalis in locis aridis et rupestribus, arbor 30—40pedalis in solo favente. Ramuli erecti, virgati, laeves, castanei. Gemmae ovato-oblongae v. oblongae, acutiusculae, minores. Folia ovata, ovato-elliptica, ovato-oblonga, ovato-orbicularia, ovato-rhomboidalia, obovata, obovato-elliptica, elliptica, elliptico-oblonga, elliptico-orbiculata v. lanceolato-elliptica, (hae formae saepe omnes in eodem specimine, superiora turionum terminalium ut plurimum utrinque attenuata et semper reliquis multo magis elongata), supra intense viridia nitida, subtus plus minus albidia, (nascentia supra valde floccosa), 2—5" longa, 1—3" lata, apice rotundata v. truncata v. acuta v. breve acuminata, basi rotundata v. plus minus cuneiformia. Petioli 3—12" longi, ut ramuli, pedunculi et calyces valde niveo-tomentosi. Petala orbiculata v. elliptico-orbiculata, staminum fere longitudine v. paulo longiora. Poma 6" circ. longa, diam. 4", ante maturitatem perfectam punctata et floccosa.

Nom. vern.: Weisser Elzbeerbaum, Mehlbeerbaum germ., Allouchier gall., white Beam-tree, white wild Pear angl. Lignum album, subrubellum durissimum valde aestimatur. Fructus acidi, adstringentes, farinacei, hic illic comeduntur.

Varietates sequentes a cl. *Lindley* in *Hortic.*

*Trs.* VII. 2. enumerantur:

a. obtusifolia *Ldl.* l. c. 234: folia plana ovalia v. elliptica obtusa simpliciter serrata, adulta supra glabra; gemmae virides parvae; ramuli hornotini tenues laeves. *Spch.* l. c. 102.

*Pyrus Aria a. obtusifolia Ser.* l. c. — *Fl. Dan.* t. 302.

P. Aria ovalis *hl.*

β. undulata *Ldl.* l. c.: folia plana elliptico-lanceolata lata undulata inaequaliter inciso-serrata acuminata, adulta supra araneosa; gemmae crassissimae, fuscocentivirides *Spch.* l. c.

γ. angustifolia *Ldl.*: folia elliptica obtusa concava subsimpliciter serrata, adulta supra leviter tomentosa; gemmae crassae cinerascetes; turiones terminales glabri. Folia mediocria. *Spch.* l. c.

δ. acutifolia *Ldl.* l. c. 235: folia elliptica rigida utrinque acuta concava duplicato-serrata glauca supra araneosa; gemmae crassae cinerascetes; turiones terminales glabri. *Spch.* l. c.

P. Aria β. acutifolia *Ser.* l. c.

*Crataegus longifolia Lois.* l. c. IV. t. 34.

e. rugosa *Ldl.* l. c.: folia ampla ovato-elliptica obtusa duplicato-serrata, supra lucida rugosa, subtus tomentoso-nivea, gemmae crassae, fusco-virides; turiones terminales validissimi. *Spch.* l. c.

ζ. cretica *Ldl.* l. c.: folia plana orbicu-

(Aria nivea)

lato-elliptica crenato-serrata retusa basi cuneata, ramuli araneosi.

P. Aria rotundifolia et cretica *hll.*7. bullata *Ldl.* l. c. 236; folia concava elliptica acuminata bullata, apice grosse profunde serrata, basi integerrima; gemmae parvae turionesque terminales graciles pubescentes. *Spch.* l. c.

Hisce addatur:

8. incisa *Rchb.*: foliis obovato-ovalibus lobato-incisis niveo-tomentosis.Sorbus nivea *H. Angl.*Pyrus crataegoides *Schrk. Naturh. Br. I. 11.*9. **A. flabellifolia.**Crataegus flabellifolia *Spch.* l. c. 103. t. 9. f. E. et e.Crat. corymbosa *H. Par.*Pyrus edulis *Wats. Dendr. brit. t. 52.* (non *W.*)Sorbus corymbosa *Lodd. Cat.*In *Galliâ (Watson) (?) 5.* In hortis culta.

Arbuscula 10—15 pedalis: ramulis virgatis castaneis punctatis. Folia circ. 2'' longa, 15—20''' lata, supra intense viridia nitida (costâ nervisque glandulis numerosis flavicantibus conspersis), subtus candida: lobis obtusis v. acutis, serraturis subaequalibus acutis inclinatis; nervi 3—4''' a se invicem distantes. Petioli 4—6''' longi, pedunculi calycesque tomentosi. Petala orbicularia, 2—3''' longa, 2''' lata. Pomum 5''' altum, diam. circ. 7''; pyrena fusca, majuscula.

10. **A. graeca.**Crataegus graeca *Spach* l. c. 102.Sorbus graeca *Lodd. Cat.*Sorbus nivea *hll.*Pyrus Aria *Sibth. & Sm. Fl. gr. t. 479.*Sorbus Aria var. graeca *Griseb. Spicil. Fl.**Rum. Bith. I. 93. (?)*In *Asiâ minore et Graeciâ*, in monte *Atho*, alt. 3500—4900'. 5.

Arbor 20—30' alta. Folia 2—4'' longa, 2—3½'' lata, supra intense viridia lucida, subtus cinereo-alba, obovata v. cuneiformi-obovata v. obovato-orbicularia v. suborbicularia (folia superiora turionum terminalium solito lanceolata, lanceolato-ovato-elliptica, brevi-acuminata), basi semper attenuata, apice plerumque truncata v. rotundata, costâ nervisque supra glandulis flavescensibus aut rubellis conspersis; petiolus sempollicaris v. brevior, ut ramuli juniores, pedunculi et calyces, tomento floccoso candidissimo et densissimo vestitus. Petala circ. 4''' longa. Pomum 4—5''' altum, coccineo-purpureum, ante maturitatem albo-floccosum et punctatum.

Cl. *Griseb.* l. c. folia describit elliptica duplicato-serrata v. breviter incisa basi cuneata integerrima subtus niveo-tomentosa, venis rectis 5—9jugis, petala patentia alba, pistilla 2—4 basi villosa, fructus subglobosos coccineos. An eadem ac stirps a cl. *Spachio* descripta? — Forsan eadem ac *A. nivea* 5, cretica.

## 3) toto margine incisa. Dentes calycinii tubo paulo breviores glabrescentes,

(1) triangulares acuti. Folia subtus floccosa v. subtomentosa grisescentia, ovata, ovato-oblonga v. oblonga, obtusiuscula, basi cuneiformia, incisodentata, v. pinnatifida v. pinnatifida v. sinuato-pinnatifida, inaequaliter serrata, nervorum distantium sub-

11. **A. scandica.**Crataegus scandica *Whlb. Fl. Ups. 165.* — *Spch.* l. c. 99.Cr. inermis *L. Fl. Lapp. 199.*Cr. Aria β. suecica *L. Sp. pl. l. c.*Cr. suecica *grd.*Cr. Aria α. scandica *L. Amoën. et Fl. Suec.*



tus glabrescentium supra subglandulorum paribus 5—8; poma globosa v. ovato-subglobosa (coccinea).

Sorbus scandica *Fries* Fl. Hall. 83.

Sorbus Aria *Crtz.* Austr. I. t. 2. f. 2. (excl. descr.)

Pyrus Aria *Svensk* Bot. t. 45.

Pyrus intermedia *Ehrh.* Beitr. IV. 20. — *Willd.* l. c. 1021. 20. — *Spry.* l. c. 511. 29.

— *Ser.* l. c. 636. 24. — *G. Don* l. c. 32. (excl. varr.)

Pyrus semipinnata *Bechst.* Forstb. 347. t. VIII.

Sorbus hybrida *Huds.* Angl. 216. — *With.* 461.

Sorbus intermedia *Pers.* l. c. — *Rchb.* l. c. 4045.

Azarolus intermedia *Borkh.*

In Europâ boreali et mediâ, in Germaniâ ad montes subalpinos, in Austria, Thuringiâ, ad Rhenum, Moenum, in Angliâ (Castle Dinas y brañ, Denbigh Shire), Sueciâ, Fenniâ. 5. Oxelbirne, schwedischer Mehlbeerbaum.

Arbor 30—40pedalis v. frutex, comâ densâ ovato-subrotundâ, ramis rubicundo-fuscis punctatis. Folia 2—5'' longa, 1½—3½'' lata, juniora utrinque tomento densissimâ subrufescente vestita, adulta supra saturate viridia lucida, subtus magis v. minus canescentia, interdum glabriuscula: lobis oblongis v. subrotundis, obtusis, acutis v. acuminatis, subinde divaricatis (parallelis antrorsum versis rotundatis dente intermedio mucronatis, mediis profundius penetrantibus basi integerimis *Ledeb.*): petioli 10—15'' longi pedunculique floccosi. Tubus calycinus tomentosus. Petala circ. 3'' longa. Cymae diametro circ. 5''. Poma magnitudine illorum A. niveae, 4—6'' lg. et diam. rubra, nitida, verrucosa, dulcia, edulia.

β. angustifolia: foliis oblongis basi cuneatis *Ser.* l. c.

(2) triangulari-lanceolati acutissimi. Folia ovata,

a. basi rotundata et latiora, apicem versus sensim angustiora, lobis acuminatis apicem versus decrescentibus, inferioribus majoribus horizontaliter patentibus; subtus incano-velutina v. floccosa, nervis 7—12 subglandulosi; pedunculi tomentosi, demum calvalescentes; poma globosa v. ovato-subglobosa (aurantiaca).

## 12. Aria latifolia.

Crataegus latifolia *Poir.* Enc. méth. IV.

444. — *Lois.* l. c. IV. t. 35. — *Spach.* l. c. 105. t. 9. f. B, b, C, D. (excl. pl. synon.)

Crataegus dentata *Thuill.* Fl. Par.

Pyrus intermedia a. latifolia *Ser.* l. c. — *G. Don* l. c.

Pyrus intermedia *Sieb.* Hb. Fl. Austr.

Sorbus latifolia *Pers.* l. c.

In silvâ *Fontis bellaquei* frequens; in hortis *Galliae* culta. 5.

Arbor 30—50pedalis v. frutex: rami patuli, in comam ovatam densam dispositi. Gemmae crassae, ovatae, obtusae, glabriusculae. Folia 2—4'' longa, 15''—3½'' lata, supra lucida saturate viridia (juniora floccosa), subtus nunc leviter pulverulenta v. floccosa, nunc plus minus velutina, obovata v. cuneiformi-obovata v. obovato-oblonga, ovata, obovato-rhomboidalia, ovato- v. lanceolato-elliptica, lanceolato-oblonga, oblonga, basi rotundata v. subcordata v. truncata v. cuneata, lobis plus minus profundis, obtusis v. acuminatis, serraturis acutis: nervis et costâ supra glandulis parcissimis flavescensibus obsitis. Petioli 4—6'' longi, pedunculi et tubi calycini tomentosi. Petala 3—4'' longa. Poma 5—7'' alta, subaequilata, saturatius v. dilutius aurantiaca, interdum rubro-tincta, pulpâ flavâ; pyrena laevia, fusciscentia.

Cl. *Rchb.* l. c. varietatem A. scandicae hanc censet, foliis latioribus basi truncatis aut subcordatis, subtus potius flavescens.

(*Aria latifolia*) centi- quam niveo-tomentosis, floribus fructibusque majoribus diversam.

β. *glabrescens*: foliis subovalibus amplissimis valde angulatis, subtus parce tomentosis v. glabriusculis.

In hortis occurrit. (*Spch.* l. c.)

b. inciso-angulata argute serrata subtus lanuginoso-cana; corymbi plani.

**13. A. arguta.**

*Pyrus* (*Aria*) *arguta* *Tsch.* *Dendroth.* exot.

— boh. exs. *Bot. Zt.* 1834. 490.

*Crataegus folio subrotundo serrato et laciniato* *Duh.* arb. I. 194 et 196. f. 2. (vix autem *C. latifolia* *Poir.*)

In silvis *Galliae.* 5.

Folia circumscriptione illis *Crat. coccinea* et similia, argute et fere rectanguloincisa, subtus tomento magis villosio quam adpresso cana. Fructus subglobosus, magis flavus quam ruber. Ab hac *Pyrus Aria* (*A. nivea*) foliis obovatis inaequaliter serratis subtus adpresse niveo-tomentosis, *P. intermedia* (*A. scandica*) foliis ellipticis inciso-lobatis, lobis obtusiusculis serratis, subtus lanuginoso-canis differre dicuntur.

c. inciso-lobata, duplicato-serrata, subtus glaucescenti-tomentosa,

a) subrotunda, lobis rotundatis; flores divaricato-corymbosi digyni.

**14. A. rotundifolia.**

*Pyrus rotundifolia* *Bechst.* *Forsth.* 165 et 338. t. V.

*Crataegus rotundifolia* *Bluff & Fglt.* *Comp.*

*Fl. germ.* I. 613. 1300.

In silvaticis *Thuringiae* et *Franconiae.* 5.

Folia juniora interdum obovata, incisa, obtuse lobata, facie viridinitentia, juniora utrinque tomento deciduo instructa. Pedunculi calycesque glaucescenti-tomentosi. Flores sordide albi. Pomum rotundatum, ex lutescenti fuscum, punctis albidis notatum.

**15. A. decipiens.**

*Pyrus decipiens* *Bechst.* l. c. 166. et 343. t. VII.

*Crataegus hybrida* *Rechst.* *Diana* I. 81.

t. II. — *Bluff & Fglt.* l. c. 614. 1301.

*Azarolus hybrida* *Borkh.* II. 1239.

In silvaticis *Franconiae* et *Thuringiae.* 5.

Cortex ramorum juniorum badius, albidomaculatus. Folia magna, basi cuneata, ovalia v. ovali-oblonga, acuta, supra subnitentia. Flores lactei. Stamina alterna longiora, petala superantia. Pomum elliptico-subrotundum, ochreum ut pedunculus albidopunctatus.

**16. A. semilobata.**

*Pyrus semilobata* *Bechst.* l. c. 166. et 340. t. VI.

*Pyrus intermedia* *Bechst.* *Diana* IV. 110.

t. 2. f. 2.

*Azarolus intermedia* *Borkh.* II. 1232.

*Crataegus semilobata* *Bluff & Fglt.* l. c. 1302.

In silvaticis *Thuringiae* (*Ostheim*) et *Franconiae* (*Dreissigacker.*) 5.

Rami alterni, glabri, brunneo-incani, albidomaculati, biennes et annui, badii, laeves, punctis albis adpersi, juniores olivacei albidomomentosi, autumnio denudati. Folia quam praecedentis minora, basi saepius inaequalia postice 2—4loba serrata, a medio usque ad apicem duplicato-serrata, facie laevia, subtus dense tomentosa; pedunculi calycesque tomento denso candido tecti. Flores flavescenti-albidi. Pomum praecedente majus, ovatum vel subrotundo-ovatum, ferrugineum, albidopunctatum, sapore dulci.

*Cl. Spach* haec tres species v. varietates cum *A. latifolia* conjunxit.



- 3. Folia pinnatifido-lobata** <sup>17</sup> **Aria kamaonensis.**  
 et serrata, oblonga, acuminata, sub-  
 tus albo-tomentosa; petioli, ramuli  
 juniores et corymbi tomentosi; fru-  
 ctus pyriformis.  
 Pyrus (Aria) kamaonensis Wall. L. 678. —  
 G. Don 1. c. 34.  
 In Kamaon et Sirmore. 5.  
 Arbor 20—30pedalis. Flores parvi, albi.  
 Fructus magnit. Mespili vulgaris, ruber.

*Species exclusa:*

Aria Chamaemespilus Host. = Chamaemespilus humilis.

**7. Torminaria.**

(Ser.)

Pyrus sect. VI. Torminaria DC. l. c. 636. — G. Don 1. c. 647.

Pyrus d. Torminaria Endl. l. c.

Crataegus Sect. I. b. Spach 1. c. 106.

- 1. T. Clusii.**  
 Crataegus terminalis L. Sp. pl. 681. — Fl.  
 Dan. t. 798. — Jacq. Austr. V. 21. t. 443.  
 — E. B. t. 298. — Plenck offic. Pl. t. 388.  
 — Host Fl. Austr. II. 9. — Spch. 1. c.  
 106. — Lois. 1. c. IV. t. 33. — Reil. &  
 Abel t. 20. — Guimp. & Willd. 105. t. 80.  
 Crataegus foliis laciniatis Duh. arb. I. t. 79.  
 Pyrus terminalis Ehrh. Beitr. VI. 92. —  
 Willd. 1. c. 1021. 21. — Sprg. 1. c. 510. 15.  
 Pyrus (Torminaria) terminalis Ser. 1. c.  
 25. — G. Don 1. c. 35.  
 Mespilus terminalis Borkh.  
 Sorbus terminalis Clus. hist. I. 10. f. dextr.  
 Crantz Austr. 85. n. 2. — Rehb. 1. c. 4046.  
 — Pers. 1. c.  
 Azarolus terminalis Borkh. II. 1235.  
 Sorbus terminalis Plinii Lob. ic. II. 100.  
 In Europâ australi et mediâ, Galliâ, Ger-  
 mania, Angliâ, Hungariâ, Rossiâ mediâ  
 et australi, Tauriâ, Thraciâ et Macedoniâ,  
 Caucaso et Oriente, in silvis asperis. 55.  
 Nom. vern.: Elsebeerbäum, Darmbeer-  
 baum, Atlasbeere, Eschrösel etc.  
 germ., Alisier, Alisier des bois  
 gall.  
 Arbor 25—30pedalis v. frutex, cortice  
 griseo, comâ ovatâ densâ, ramis rufescenti-  
 bus albo-punctatis. Gemmae glabriusculae,  
 ovatae v. ovato-oblongae, obtusae, majuscu-  
 lae. Folia pinnatifida v. inciso-angulata,  
 ovata v. ovato-rarius cuneiformi-oblonga, acu-  
 minata, supra laete viridia nitida, subtus  
 subpubescentia v. floccosa, demum glabriuscu-  
 la, lobis acuminatis v. obtusis duplicato-ser-  
 ratis, basilaribus divaricatis multo longiori-  
 bus, circ. 3½" longa et maximo diametro 4"  
 lata; petioli 1—2" longi, ut pedunculi et ca-  
 lyces tomento floccoso sensim evanescente  
 vestiti. Flores diam. 4—5", petala patentia  
 alba. Styli basi tomentosi. Poma subglobosa  
 v. ovato-globosa, 6—8" alta, diam. 4—6",  
 primo viridulo-fusca albo-punctata, subauran-  
 tiaca rubro-tincta, tandem obscure fusca, sa-  
 pore adstringente, austero, gelu tacti subdul-  
 cia atque edulia. Lignum album, compactum,  
 scrinariis aestimatum, recens male olens.  
 β. longifolia: foliorum lobis inferioribus,  
 reliquis non elongatis, foliis ideo latitu-  
 dine suâ longioribus. Lois. 1. c. t. 33. (bis).  
 γ. glabrata: foliis ovato-subrotundis bre-  
 viter lobatis glabris, lobis ovatis acu-  
 tis, imis minoribus patentibus, pistillis  
 glabris, fructibus subglobosis rubris.  
 Pyrus terminalis. Griseb. 1. c. 93.  
 In Thraciâ, Macedoniâ, alt. 1200'—4500'.

2. Flo  
longo  
subtu  
poma  
lycis

Pyrus

1. Flo  
rata  
petal

2. F  
se  
D  
t

2. Flores corymbosi; folia ovato-oblonga basi cordata inciso-serrata, subtus cum calycibus tomentosa; poma ovato-globosa glabrata; calycis lobi decidui.

2. **T. florentina.**

Crataegus florentina Zucc. Obs. I. n. 72. — Ser. I. c. 628. 23. — G. Don I. c. 599. 30. Mespilus florentina Bertol. Amoen. 29. Pyrus florentina Targ. Dec. VI. in Mem. soc. Ital. XX. 12. f. 5. Pyrus crataegifolia Savi Bot. Etr. I. 169. Pyrus terminalis minor Ten. Syll. Fl. Neap. 242. (ed. in fol. 70.) In nemoribus Hirpinorum, Samnii et Aprutii. 5.

8. **Chamaemespilus Ser.**

Pyrus Sect. VIII. Chamaemespilus DC. I. c. 637. — G. Don I. c. 649. — Pyrus h. Chamaemespilus Endl. I. c. Crataegus Sect. II. Spch. I. c. 108.

1. Folia (adulta) utrinque glabra, lanceolato-ovalia acute adpresse serrata; corymbi terminales immersi; petala lanceolata.

1. **Ch. humilis.**

Mespilus Chamaemespilus L. Sp. pl. 685. — Willd. I. c. 1011. 4. — Guimp. & Willd. t. 70. — Schmidt österr. Baumz. t. 87. Crataegus Chamaemespilus Jacq. Austr. t. 231. (non 234.) — Spach I. c. 109. Crataegus humilis Lam. Enc. I. 83. Sorbus fruticosa Crantz I. c. 83. t. 1. f. 3. Sorbus Chamaemespilus Griseb. I. c. 93. Pyrus Chamaemespilus Lindl. I. c. 98. — Sprg. I. c. 509. 2. — Ser. I. c. 38. — G. Don I. c. 55. Azarolus Chamaemespilus Borkh. Aronia Chamaemespilus Pers. I. c. 39. — Rchb. I. c. 630. 4055. Aria Chamaemespilus Host I. c. 8. Cotoneaster forte Gesneri Clus. hist. I. 63. In montibus calcareis Alpium in Germania, Helvetiâ, Italiâ, Galliâ, Pyrenaeorum, in monte Hagion-Oros Thraciae. 5.

Suffrutex 1—4pedalis, ramis fuscis verrucosis prostratis, plus minus tortuosis, cortice nigro, ramulis subvillois. Folia elliptica, elliptico-oblonga, lanceolato-elliptica, lanceolata, lanceolato-obovata, obovata v. ovata, acuminata, duplicato-serrata, juniora margine pilosa, supra laete viridia in paginâ et costâ glandulis numerosis elongatis fuscescentibus conspersa, subtus pallida reticulata flavescenti-viridia, nervorum filiformium paribus 6—8, 2—2½" longa: petiolis 2—3" longis. Cymae densissimae, parvae, vix diam. pollicis, foliis occultatae, interdum flores 2—3 axillares. Calyx purpurascens: tubus parte concretâ tomentosus, limbus extus glaber: dentes triangulari-lanceolati, apice subulati, interne tomentosi, tubum aequantes, corollâ dimidio breviores. Petala obovata, crenulata, basi lanata, ungue imputato 2" longa, lamina ungue vix duplo longiore, rosea. Poma subglobosa, 4—5" diam. aurantiaco-rubra, pruina v. tomento albo obducta, edulia; pyrena rufosca, magnit. seminum Pyri.

β. (?) melanoearpa: foliis ovatis v. ovato-lanceolatis inaequaliter serratis, pomis nigris.

Crat. Chamaemespilus Gaud. Fl. Helv. III. 321.

In Helvetiâ, ad rupes herbosas.

2. Folia supra glabra, subtus adpresse tomentosa albida v. incana,

1) inaequaliter v. duplicato-serrata (petala rosea).

(1) basin versus integerrima, obovata, supra in nervis glandulosa; corymbi compacti.

2. **Ch. sudetica.**

Pyrus (Chamaemespilus) sudetica Tausch in Flora 1833. 76.



(Chamaespilus sudetica)

*Pyrus Aria* *Wimm. & Grab.* Fl. Siles.  
*Pyrus Aria*  $\beta$ , *rosea* *Tsch.* Hb. Fl. Boh.  
 Suppl. 507. b.

In summis declivibus *Sudetorum* („im Tenefelsgärtchen im Elbegründe“). 5.

Frutex humillimus, interdum humanae altitudinis, ramulis laevibus punctatis, quorum apices pedunculique arachnoidei griseo-tomentosi serius calvescunt. Gemmae nudaе. Folia breve petiolata, stipulis duabus subulatis deciduis, interdum oblongiuscula, acuta v. obtusa, minute serrata, supra ad costam mediam et venas laterales plus minus glandulosa, subtus tomento persistente niveo vestita. Corymbi ramulorum terminales, pedunculis 2-3floris, pedicellis brevissimis, saepe calyce brevioribus. Calyx albo-lanatus, basi bracteis rubris subulatis instructus, dentibus ex ovato acuminatis. Petala oblonga, erecta, staminibus duplo breviora. Fructus (immaturus) ovatus, nudus, 1-2loc., 1-2spermus.

(2) ovalia, subtus cum ramulis petiolis corymboque terminali exserto lanata; petala obovata unguiculata.

**3. Chamaespilus Aria.**

*Aronia Aria* - *Chamaespilus* *Rehb.* l. c. 4056.

*Crataegus Chamaespilus*  $\beta$ . foliis dorso tomentosus *Gaud.* Fl. Helv. III. 320. — var. *discolor* *Hgtschw.* Fl. der Schw. 468.

In *Helvetiae australis* (*Valesiae*) montibus *Dolz, Enzeindaz.* 5.

2) argute serrata, elliptica, elliptico-oblonga v. ovato-elliptica; pedunculi floccosi; calyces tomentosi: dentibus triangulari-lanceolatis apice subulatis tubum aequantibus corollā duplo brevioribus; petala elliptica v. ovato-elliptica, basi valde lanata, alba.

**4. Ch. Pseud-Aria.**

*Crataegus Pseudaria* *Spach* l. c. 108.

In collibus calcareis *Burgundiae* (Dept. *Côte d'or*) in *Gallia*. 5.

Folia obtusa v. breve acuminata, basi attenuata, supra glabra, nitide viridia, subtus cum ramulis petiolisque cinereo-albo-tomentosa; nervis tenuibus approximatis circ. 10 parium supra costāque glandulis copiosis elongatis flavescenspersis; petioli 2-4'' longi. Cymae 1-1½'' amplae. Petala circ. 3'' longa.

**5. b. Azarolus Borkh. (p. p.)**(Subg. *Crataegi*.)

1. Folia 3fida v. 3partita, basin versus cuneata integerrima, in petiolum decurrentia,

1) subtus pubescentia: segmentis oblongis v. cuneiformi-oblongis obtusis, lateralibus inciso-dentatis v. apice bidentatis subdivaricatis, terminali apice trifido v. trilobo, lobulis dentibusque mucronatis; corymbi densi ramosi; pedunculis calycibusque villosis; calycis dentes brevissimi triangularēs acuti reflexi.

1. **A. crataegoides** *Borkh.* *Wett.* Fl. II. 1253.

*Crataegus Azarolus* *L.* Sp. pl. 683. — *Willd.* l. c. 1007. 19. (excl. var.  $\beta$ ). — *Ser.* l. c. 629. 31. — *G. Don* l. c. 600. 40. — *Andr.* Bot. Rp. t. 579. — *Lois.* l. c. IV. t. 42. — *Jaume St. Hil.* l. c. t. 357. — *Rehb.* l. c. 629. 4049. — *Risso* l. c. II. 346.

*Pyrus Azarolus* *Scop.* Carn. II. n. 597.  
*Mespilus Azarolus* *Sprg.* l. c. 508. 36. — *Spch.* l. c. 70. t. 10. f. M.

*Mespilus Aronia* veterum *Bauh.* hist. I. 67. In *Europā australi* et *Oriente*, spontanea et frequens culta. 5.

*Lazarolbaum* germ., *Azarolier*, *Épine d'Espagne* gall., *Azzarrole*, *Lazzerola* ital.

Arbor circ. 30pedalis, truncus robusto, ramis numerosis divaricatis, in spontanea forma spinis brevibus acutis armatis. Folia illis *Oxyacanthae* quoad formam similia, sed majora et pallidiora, lobis latioribus, turionum terminalium subpinnatipartita, firma, supra lucida, 1½-3'' longa, saepius 3'' lata. Petioli pubescentes, 3-12'' longi. Turiones

(*Azarolus crataegoides*) juveniles tomentosi. Stipulae magnae, foliaceae, incisae. Pedunculi secundarii subtriflori, pedicellis breviores. Flores albi, illis *Oxyacanthae* similes, sed multo majores. Poma magnit. Mespilorum, pollicaria, subtrilobata v. subglobosa, pentagona, rubra v. pallide flava, grata acidula, pyrena 2—3 (5 teste *Risso*) continentia, cruda et saccharo condita comestibilia.

Var. rubra major et minor delineata est in Pom. Franc. II. t. 5. et 6. — *Risso* l. c. 347. et 348. sequentes enumerat varietates:

β. macrocarpa: fr. maximo 0,030 lg. et lato, vivide rubro praecoci.

γ. dulcis: fr. minimo (0,014 lg., 0,016 lato) rotundato ruberrimo, grata dulci.

δ. Malus: fr. maximo maliformi lutescente albido dulci.

Apfel Azarole *Dierb.*

Fructus formā mali minoris, 0,031 lg., 0,038 ampli, pedunculo scrobiculo profundo marginibus inaequalibus inserto, sapidi.

ε. intermedia: fr. magno luteo acidulo.

Fructus laeves, laete flavi, umbilico profundo, insigniter aciduli, 0,025 lg., 0,030 lati.

ζ. torulosa: fr. pyriformi costulato luteo aurato.

Fructus Sept. maturans, pulchre aureus, 0,025 lg., 0,028 lt., in formam pyri elongatus, costis longitudinalibus pedunculum versus profundioribus notatus.

η. pyriformis: fr. glabro pellucido pyriformi luteo et sapido.

Fructus lucidus, laetissime flavus, 0,030 lg., 0,026 lt.

θ. florifera: floribus amplis plenis.

2) utrinque cum ovariis glabra; calycis laciniae triangulari-acutae reflexae; poma coccinea. Reliqua praecedentis.

## 2. Folia pinnatifida,

1) basi cuneata truncataque subtus pubescentia v. subtomentosa; calycis laciniae breves, triangulares, acutae,

(1) erectae; foliorum laciniae apice serratae; stipulae semicordatae dentatae integraeque; poma oblonga pubescentia 3pyrena (nigra).

(2) recurvatae; lobi foliorum denticulati; stipulae semicordatae v. semicirculares, falcatae v. cultriformes, integrae v. incisae; poma ovoidea, apice constricta, 4—5pyrena (nigra).

## 2. A. maroccana.

*Crataegus maroccana* *Lindl.* in *Bot. Rg.* t. 1855. (non *P.*)

*Mespilus triloba* *Ten.*

In *Africa boreali, Neapoli.* 5.

## 3. A. platyphylla.

*Crataegus platyphylla* *Lindl.* *Bot. Rg.* t. 1874.

(aut 1877?)

In *Caucaso.* 5.

Ramuli pubescentes. A cl. *Steudel* (*Nel. bot. ed. 2.*) cum *Crat.* (*Mespilo*) melano-carpa *M.B.* identica habetur.

## 4. A. Oliveriana.

*Mespilus Oliveriana* *Dum. Cours.* l. c. —

*Spch.* l. c. 71.

*Crataegus Oliveriana* *Lindl.* *Bot. Rg.* t. 1939.

In *Oriente.* 5.

Arbor parva, ramulis spinescentibus. Turiones tomentosi. Folia longe petiolata, 1—2" longa, interdum latiora quam longa, supra saturata viridia, subtus canescentia, ramulorum inferiora cuneiformia, cuneiformi-ovovata v. obovata, subintegra v. apice trifida v. breviter trilobata, superiora nunc rhomboidalia apicem versus pinnatifida vel profunde trifida (lobo terminali trilobo), nunc tripartita, (lobis basilaribus cuneiformibus v. cuneiformi-oblongis divaricatis, lobo terminali pinnatifido v. trifido-rhomboidali), nunc subovata basi truncata pinnatifida v. pinnatifidolobata. Petioli, pe-



(Azarolus Oliveriana) dunculi calycesque tomentosi. Corymbi multiflori, subpaniculati. Flores albi, magnitudine eorum *Oxyacanthae*.

**Obs.** An eadem est:

*Crataegus Oliveriana* Bosc: glaberrima (?) foliis basi cuneiformibus incisobatis, lobis obtusis subintegris, spinis subulatis rectis (ramis atrofuscis) ex *Asia minore* (?) 5. Ser. 1. c. 630. 46. — *G. Don* l. c. 601. 51. — Si diversa est, ut ex diagnosi incompleta videtur, *A. Bosciana* esset appellanda.

2) ovata acuta, utrinque pubescentia incana, laciniis oblongis acutis acute dentatis integrisve; stipulae tridentatae; calycis lacinae ovatae acuminatae; poma tomentosa.

**5. Azarolus pubescens.**

*Mespilus pubescens* Presl Del. Prag. 53. *Crataegus pubescens* Presl Fl. Sic. I. XXIV. In nemorosis montis *Marapoleggio Nebrodum Siciliae*. 5.

Frutex orgyalis et altior, spinosus, spinis 3''' longis. Petioli tomentosi. Stipulae ovatae, acuminatae, pubescentes. Flores in ramulis terminales, cymosi, pedunculis ramosis ovarisque tomentosis. Petala rosea. Styli constanter 3, quo differt a *Crat.* (*Oxyacantha*) laciniata *Ucria*, quae monogyna est.

*Species exclusae:*

<i>Azarolus alpina</i> Borkh.	= <i>Aria alpina</i> .
— <i>Aria</i> Borkh.	= — <i>nivea</i> .
— <i>Chamaemespilus</i> Borkh.	= <i>Chamaemespilus humilis</i> .
— <i>hybrida</i> Borkh.	= <i>Aria decipiens</i> .
— <i>intermedia</i> Borkh.	= — <i>semilobata</i> .
— <i>pinnatifida</i> Borkh.	= <i>Sorbus pinnatifida</i> .
— <i>Pollivilleriana</i> Borkh.	= <i>Pyrus Pollveria</i> .
— <i>torminalis</i> Borkh.	= <i>Torminaria</i> Clusii.

**5.c. H a l m i a (Medik.) m.**

(Subg. *Crataegi*.)

I. Folia in petiolum decurrentia, venis rectis impressis fortibus subplicata, subtus praesertim ad nervos (juniora saltem) pubescentia, versus apicem incisodentata. Corymbi laxi multiflori; pedunculi calycesque subvillosi (1) pubescentes (2) aut villosotomentosi (3); styli 3—4. — Calycis lacinae (sepala) lineari-lanceolatae (2 et 3) v. lineari-subulatae (1)

1) integerrimae glandulosae, tubo longiores. Folia cuneiformia, cuneiformi-obovata v. obovata, acuminata v. truncata, a basi fere serrulata, glabra, apicem versus inaequaliter v. incisodenticulata; poma globosa, punctata.

**1. H. punctata.**

*Crataegus punctata* Ait. Kew. II. 169. — *Jacq.* Ht. Vind. I. 10. t. 28. — *Willd.* l. c. 1004. 12. — *Ser.* l. c. 627. 5. — *G. Don* l. c. 598. 5. — *Torr. & A. Gr.* l. c. 466.

*Crataegus cuneifolia* Borkh.

*Mespilus cuneifolia* Sprg. l. c. 506. 22. (vix *Ehrh.*) — *Spch.* l. c. 61. — *Wats.* Dendr. brit. t. 57.

Ad silvarum margines in *America boreali*, praesertim in rebus publicis unitis septentrionalibus frequens. 5.

Arbor 12—25 pedalis, trunco pr. basin 6—8'' crasso, ramis patulis comam amplam depressam formantibus, cinereis densis, spinis validis, interdum nullis. Folia dilute viridia, membranacea, at satis crassa et firma, 2—4'' longa, 1—2½'' lata, plerumque autem minora, fasciculata, lucida, serraturis acutissimis: venis e costa media ad marginem

(*Halmia punctata*)

recte currentibus, supra impressis, subtus prominentibus et plerumque adpresse pilosis. Petiolus 6—12'' longus. Cymulae corymbum componentes plerumque triflorae. Pedicelli tubum calycinum aequantes. Corolla alba, 8—10'' diam. Poma diam. semipollicaria et ultra, umbilicata, sapida, esculenta, sordide rubra.

β. xanthocarpa: fruct. flavis.

γ. Trewiana: omnibus partibus multo minor.

*Crataegus caroliniana* Trevis. Ehret. t. 17.

Varr. hortorum sec. Steud. l. c. sunt:

Cr. aurea *ht.*, — Cr. dulcis *Ronalds* —

Cr. flava *ht.*, — Cr. edulis *Lodd.*, —

Cr. pentagyna flava *Godefr.* et Cr. rubra *ht.*

2) pectinato-serratae glandulosae (ut quoque stipulae et bracteolae),

(1) corollā paulo longiores. Folia rhomboideo- v. cuneiformi-obovata acuminata nervosa, inferne denticulata, superne incisio-dentata, incisio-lobata v. angulata; poma ellipsoidea v. subglobosa (flava hinc rubella).

(2) ovarium aequantes. Folia ovato-elliptica v. ovalia, utplurimum acuta, duplicato-serrata, supra glabriuscula, subtus juniora praesertim ad venas molliter pubescenti-tomentosa; poma pyriformia aurantiaca.

2. **H. cornifolia.**

*Mespilus cornifolia* Poir. Enc. méth.

*Mespilus pyrifolia* Desf. Hb. Par. — *Spach* l. c. 60. t. 10. f. C. (non *W.*) — *Wats.* l. c. t. 61.

In *Americā boreali*. 5.

Arbor parva ramis patulis, ramulis plerumque inermibus. Folia firma, sed non coriacea, laete viridia, 2—3'' longa, 1—2'' lata; petiolus pubescens, 6—15'' lg. Stipulae turionum terminalium amplae, falciformes. Corymbi e ramulis trifloris compositi: pedicelli graciles, plerumque calycibus longiores, glandulis aliquot sessilibus obsiti. Flores albi, diam. 8—10''. Poma magnit. cerasi, edulia.

3. **H. tomentosa.**

*Crataegus tomentosa* L. Sp. pl. 682. (excl. syn. Gron.) — *Du Roi* Harbk. I. 183. — *Torr. & A. Gr.* l. c. 465.

*Crataegus pyrifolia* Ait. Kew. ed. I. 11. 168.

— *Willd.* l. c. 1001. 4. — *Ser.* l. c. 627. 15.

— *G. Don* l. c. 599. 21. — *Lindl.* Bot.

Rg. t. 1877.

*Mespilus pyrifolia* Willd. En. I. 523. — *Sprg.*

l. c. 507. 27.

(?) *Crat. flava* Hook. Fl. bor. am. I. 202.

In dumetis paludosis a *Canadā* et *Novā*

*Angliā* ad *Indiam*, *Kentucky* et *Carolinam*

*australem* usque. 5.

Frutex 10—20pedalis, spinis majusculis, floribus amplis fragrantibus. Folia plerumque ampla, 3—5'' longa, 1—3'' lata, petiolo fere ad basin usque marginato brevi, raro fasciculata, in autumno mox decidua, supra pilis brevissimis adpressis pubescentia, adulta glabra, subtus tomento brevi velutino plerumque persistente et subinde ad venas ferrugineo vestita. Corymbi amplii, foliosi. Poma obovoidea v. globoso-pyriformia, majuscula, edulia, sed satis insipida.

β. *pyrifolia* (*m.*): foliis fortiter sulcatis glabriusculis minoribus *Torr. & A. Gr.* l. c. 466.

*Crataegus pyrifolia* *Loud.* Arb. brit. t. 31.

Ad *Bellow Falls* in *Vermont* et pr. *Auburn* in *Novaeboraco*. (*John Carey*.)

γ. *parviflora* *Tausch* (in *Flora* XXI.

[1835] 717.): foliis brevioribus magis

ovatis, floribus fructibusque minoribus.

In hortis *Bohemiae* culta.

δ. *leucophlaea*: inermis, foliis ovatis in-

aequaliter serratis basin versus integerimis, stylo semibifido.

*Crataegus Leucophlaeos* *Mch.* *Weissenst.* 31.

t. 2.



(*Halmia tomentosa*) *s.* *Calpodendron*: spinosa, foliis ovalibus acuminatis subangulatis serratis pubescentibus basi cuneatis, pedunculis multifloris, laciniis calycinis pinnatifidis, fructibus urceolatis.

*Mespilus Calpodendron Ehrh. Beitr. II. 67.*  
**Obs.** Plures sub hac specie latere et stirpes *Boenckii* et *Ehrharti* saltem varietates memorabiles esse videntur.

- 2) Folia distincte petiolata, petiolo  
 1) brevissimo, ovata inaequaliter serrata lobatave subtus pubescentia; stipulae incisae; rami subvillosi; flores laxè corymbosi.

4. **Halmia lobata.**

*Crataegus lobata Bosc ex Ser. l. c. 628. 21.*  
*G. Don l. c. 599. 28.*

*Cr. flava*  $\beta$ . *lobata Lindl.*

*Cr. lutea Ht.*

*Mespilus lobata Poir. Enc. méth. Suppl. IV. 71.*

Hab. . . . .  $\beta$ .

*A. Torr. & A. Gr.* cum tomentosa conjungitur.

5. **H. flabellata.**

*Crataegus flabellata Bosc in Ht. Par.*

*Mespilus flabellata Spch. l. c. 63. t. 10 f. D.*  
*In America boreali (?) 5.*

Frutex magnus. Folia  $2\frac{1}{2}$ —3" longa,  $1\frac{1}{2}$ —3" lata, firma, nitida, denticulis acutis approximatis glandulâ mucronulatis, petiolo 1—2" longo. Corymbi 1—2" ampli. Pedicelli tenues, tubo calycis longiores, glandulis sparsis sessilibus. Corolla alba. Styli staminibus longiores, basi villosi. Pomum magnit. cerasi.

- 2) longo glanduloso, obovata, cuneiformi-obovata, obovato-rhomboida v. ovata, acuminata, glabra, 7—9angulata: lobis inaequaliter vel inciso-denticulatis acuminatis, inferioribus divaricatis; corymbi laxi simplices ramosi; pedunculi calycesque villosi; sepala lanceolato-subulata, cum stipulis bracteolisque fimbriolato-glandulosa; poma subglobosa, 3—4pyrena (rubra).

9. **Sorbus.**

*L. gen. 623. — Spach l. c. 91.*

*Pyrus Sect. VI. Sorbus Ser. in DC. l. c. 636. — G. Don l. c. 648. — Pyrus f. Sorbus Endl. l. c. — Pyrus b. Sorbus Meisn. l. c. 106. — Pyrus §. 3. Sorbus Torr. & A. Gr. l. c. 472.*

1. Folia basi pinnatifida, superne pinnatifida v. totâ longitudine pinnatifida aut basi biauriculata: segmentis basilaribus a superioribus discretis. Petala basi lanata. **Sorbus s. str.**

1) Folia subtus hirsuta, inferne segmentorum uno v. altero pari distincto, reliquis in laciniâ terminalem ovatam crenatam confluentibus.

2) Folia oblonga v. ovato-oblonga, obtusiuscula, subtus pubescenti-incana v. tomentosa, segmentis basilaribus distinctis 1—4jugis oblongis v. oblongo-lanceolatis obtusis apicem versus serratis, terminali maximo basi pinnatifido apice inciso-dentato; pedunculi calycesque tomentosi, post anthesin glabrescentes: dentes calycinii ovato-triangulares obtusiusculi.

1. + **S. auriculata Pers. Syn. II. 39. 7.**

*Pyrus (Sorbus) auriculata Ser. l. c. 27.*

*G. Don l. c. 38.*

*In Aegypto (?) 5.*

Arbor 20—30pedalis. Folia parvula, ovata, simpliciter crenata, pinnis 1—2jugibus baseos distinctis. Corymbus compactus.

2. **S. hybrida L. Sp. pl. 684. — L. fil.**

*Dec. XI. t. 6. — Willd. l. c. 1008. 2. —*

*Sp. l. c. 92. t. 9. f. J. — Rehb. l. c.*

*628. 4042. — Fl. Dan. t. 301. — Svensk*

*Bot. t. 277. — Reit. & Abel t. 2. —*

*Kern. ökon. Pfl. t. 208.*

*Pyrus pinnatifida Ehrh. — E. B. t. 2331. —*

*Ser. l. c. 29. — G. Don l. c. 39. — Spry.*

*l. c. 511. 33.*

*Pyrus hybrida Sm. Fl. brit. 534. — Ledeb.*

*Fl. ross. II. 99. (non W.) — Bluff &*

*Ficht. l. c. 607. 1289.*

*Azarolus pinnatifida Borkh. II. 1245.*

*Crataegus Aria*  $\beta$ . *Poll. Palat. n. 470.*

*Crat. fennica L. Fl. Suec. n. 433.*

(Sorbus hybrida)

In silvaticis montosis *Gothlandiae, Fenniae, Norvegiae, Hercyniae, Franconiae, Thuringiae, Helvetiae*, pluribus locis, in *Scotiae* insulis occidentalibus, praesertim in rupestribus (e. g. *Cairn na Callich*) insulae *Arran*. 5.

Arbor 20—25pedalis, ramis densis, comam ovato-pyramidatam sistentibus, rufescenti-fuscis, albido-maculatis. Gemmae ovatae v. ovato-oblongae, obtusae, subangulatae, viridi-fuscescentes, squamarum marginibus albo-pilosis. Folia ambitu ovato-oblonga, 3—6" longa, 1—3" lata, supra glabra nitide viridia, subtus tomento albo-viridulo laxiusculo obducta, petiolis laminâ 3—5plo brevioribus sublanato-tomentosis. Folia reperiuntur basi tantum pinnatifida v. incisa v. prorsus integra. Lobus terminalis nunc oblongus nunc rhomboideus, semper reliquis multo major et latior; serraturae versus apicem pinnarum et lacinarum argutae, basin versus sensim evanidae. Corymbi densi, subpyramidales v. convexi, 2—4" ampli, multiflori, ad ramificationes tomento viridulo-albo plus minus denso, in calycibus densissimo, obducti. Flores illis *S. Aucupariae* similes, sed paulo majores, albi: petala ovato-elliptica, 2" longa. Poma ellipsoidea v. subglobosa, nitida, coccinea v. fusco-rubra, paulo minus acerba et amara quam illa *Aucupariae*, vix esculenta.

β. *Arbuscula*: humilis, foliolis subglabris obtusis, extimis saepe confluentibus.

*Sorbus Arbuscula* *Poir. Enc. méth. Suppl. V. 161.*

Varietas fruticosa, 8—10pedalis, in *Thuringia* obvia. Cf. *Schönheit* in *Flora 1832. II. 723.*

2. Folia impari-pinnata: foliolis subaequalibus subsessilibus, terminali solum v. longius petiolulato. Petala basi pilis sparsis caducis obsita. **Aucuparia** (*Medik.*).

Foliola cum rhachi (petiolo communi)

1) glabriuscula v. glaberrima, subanthesi tantum leviter pubescentia, oblongo-lanceolata acuminata subaequalia serrata, serraturis acuminatis

(1) non imbricatis; dentes calycini triangularibus obtusi; poma sphaerica v. obovato-globosa.

3. **S. Aucuparia** *Tourn. Inst. 634. — L. Sp. pl. 683. — Willd. l. c. 1008. l. — Crtz. Austr. 88. t. 1. f. 4. — Spch. l. c. 93. t. 9. f. K. et O. — Rehb. l. c. 627. 4039. — E. B. t. 337. — Mill. ic. t. 43. — Fl. Dan. t. 1034. — Schk. Hdb. t. 133. — Hayne Arnz. Gw. IV. 45. — Guimp. t. 67. — Duh. l. c. II. t. 73.*

*Pyrus Aucuparia* *Gärtn. fr. II. 45. t. 87. f. 2. — Sprg. l. c. 511. 36. — Ser. l. c. 637. 30. — G. Don l. c. 42. — Sv. Bot. t. 145.*

*Mespilus Aucuparia* *Scop. Carn. I. 584. n. 3. ed. 2. n. 593.*

*S. glabra* *Gilib. Fl. Lith. V. 233.*

In *Europa* et *Asia boreali*, usque in regiones arcticas, *Lapponiam* et regionem silvaticam terrae *Samojedarum*; in *Alpibus* usque ad 3700' alt. 5.

*Vogelbeerbaum, Eberesche* germ., *Sorbier des Oiseleurs, des oiseaux, Cochène* gall., *Mountain-ash, Roddon, Roan-tree* angl., *Raun, Raudna Lapp, Skaepe* Fennis.



(Sorbus Aucuparia)

Arbor 20 — 40pedalis, cortice trunci laevi griseo, ramulorum rubrofulco. Gemmae ovato-oblongae, acutae, tomentosae. Folia 5 — 10'' longa, horizontalia v. pendula, foliola 5 — 8'' subinde oblonga, 1 1/2 — 2'' longa, 6 — 8'' lata, supra laete viridia, subtus pallida, sub anthesi, ut pedunculi et calyces, junioraque flocculosa, mox glabrescentia. Rhamis primum villosa, demum glabra. Corymbi v. cymae terminales amplae, usque ad semipedales, densiflorae, convexae; flores sordide albi, odorati: petala suborbiculata, ad 2'' ampla. Poma magnit. pisi majoris, in corymbo confertissima, matura laete cinnabarina, intus flava, acerba et amara, avium esca. — Lignum durum, compactum, albidum, in nucleo rubellum, interdum obscure venosum, facile poliendum. Cortex et folia coriaria.

β. duplicato-serrata: foliolis duplicato-serratis. *Rchb.* l. c.

- (2) imbricatis mucronatis; dentes calycinii triangulares acuti; foliola 6 — 7-juga, cum rhachi nascentia tantum pubescentia, postea cum pedunculis calycibusque glaberrima; poma globosa.

4. **Sorbus americana** Pursh Fl. Am. sept. l. 341. — *Willd. En.* l. 520. — *Sp.* l. c. 95. t. 9. f. Q, q' et q? — *S. Aucuparia* β. *Michx.* Fl. bor. am. l. 290. *Pyrus americana* Ser. l. c. 31. — *G. Don* l. c. 43. — *Sprg.* l. c. 37. — *Torr. & A. Gr.* l. c. 472. (excl. var. β.)

In paludibus umbrosis v. silvis humidis Pennsylvaniae, Noveboraci, Novae Angliae, usque in Labradoriam, Groenlandiam, Americam subarcticam, et oram occidentalem. — Mountain-Ash incolis. 5 5.

Frutex magnus v. arbor 15 — 20pedalis, ramis pallide fuscis, ramulis post anthesin glaberrimis. Folia 8 — 12'' longa: foliola supra laete viridia, subtus glaucescentia, 2 — 2 1/2'' longa, 8 — 10'' lata, subinde ovato-lanceolata, s. argutius serrata quam praecedentis et magis acuminata, subcuspidata. Corymbi densi, paniculati, amplissimi, semipedales et ultra; flores candidi, minores et superiores quam *S. Aucupariae*. Petala suborbiculata. Poma magnit. grani piperis, acicula, obscure purpurea (sec. *Torr. & A. Gr.* matura dilute et vivide rubra), pyrena 1 1/2'' longa, flavescens-fusca. Gemmae glabrae, viscosae.

- (3) setaceo-mucronatis inaequalibus, foliola ideo inciso-serrata; poma globosa (coccinea); ramuli juniores tomentosi (glutinosi).

5. **S. microcarpa** Pursh l. c. — *Sp.* l. c. *S. micrantha* *Dum. Cours.* l. c. ed. 2. V. 464.

*S. Aucuparia* α. *Michx.* l. c.

*Pyrus* (*Sorbus*) *microcarpa* Ser. l. c. 35.

636. 29. — *G. Don* l. c. — *Sprg.* l. c. 35.

*Pyrus americana* β. *microcarpa* *Torr. & A. Gr.* l. c.

In montibus editioribus Virginiae et Carolinae borealis; in monte Grandfather Mountain.

(*Curtis.*) 5.

Poma exigua, lactius ac in praec. colorata.

- 2) plus minus pilosa; foliola

(1) oblongo-lanceolata subaequalia

a. subtus in venarum axillis barbata, serrata; petioli, cyma, calyces ovariaque et gemmae lanuginosa; poma globosa.

b. villosa, basi inaequalia integerima, apicem versus serrata; petioli pedunculique villosi.

6. **S. lanuginosa** *Kit.* in *It.* — *Rchb.* l. c. 627. 4040. — *Sp.* l. c. 94.

*Pyrus* (*Sorbus*) *lanuginosa* Ser. l. c. 637. 33.

*G. Don* l. c. 649. 47.

In Hungariae silvis montanis. 5.

Truncus humilior quam in *S. Aucuparia*; poma minorata, aurantiaca. *Spach* folia dicit elliptico-oblonga obtusiuscula subtus sublanata.

7. **S. subserrata** *Opiz* in *Flora* 1824. l. Beil. 83.

Pr. *Woleschna Bohemiae.* 5.

Varietas caeterum insignis videtur *S. Aucupariae*.

- (2) elliptico-lanceolata, mucronata, apice serrata, subtus pubescentia, 7-8juga, cymae ramosae terminales pubescentes; poma ovato-globosa.

8. *S. foliolosa* Wall. L. 677. — *Spach* l. c.

96. (excl. synonym.)

*Pyrus* (Sorbus) foliolosa *G. Don* l. c. 648.

(excl. syn. Wall. pl. asiat.)

In *Nepalîâ*, regionibus alpinis *Himalayae* 5.

Rami elongati, subvolubiles, cortice cinereo. Folia circ. semipedalia: foliola acuminata, pollicaria et ultra, juniora ferrugineo-tomentosa. Petioli villosi. Flores parvi, fragrantés. Fructus parvus, ruber, glaber. Gemmae ovatae, obtusae, glabrae.

**Obs.** Cl. *Wallichii* splendidissimum opus: Pl. asiat. rar. comparare nobis haud licet. Secundum diagnosin autem, quam cel. *Walpers* in Rep. II. 53. de *Pyro foliolosa* *Wall.* l. c. dedit, ea prorsus diversa esse a stirpe a cl. *G. Don* et *Spach* commemorata, sed cl. auctor Repertorii diagnoses *P. foliolosae* et *indicae* commutasse videtur.

9. *S. ursina*.

*Pyrus ursina* *Wall.* L. 675. — *G. Don* l. c. 45.

In *Nepalîâ*, *Kamaon* et *Gossainthan*. 1).

Poma rubra, magnitudine illorum *S. Aucupariae*.

- (3) lanceolata utrinque obtusa apice mucronata cuspidato-serrata multijuga, subtus ferruginea; nervi, rhachis, corymbi et ramuli ferrugineo-villosi; poma globosa.

- (4) nervo et margine pilosa apice barbata (stipulae rufo-villosae),

- a. 4-5juga ovato-lanceolata argute et profunde subduplicato-serrata, acuminata; poma elliptica.

10. *S. sambucifolia*.

*Pyrus* (Sorbus) sambucifolia *Cham.* &

*Schlecht.* in Linn. II. 36. et VI. 590. —

*G. Don* l. c. 41. — *Ledeb.* l. c. 99. —

*Wtp.* l. c. 53.

*Pyrus sorbifolia* *Sprg.* C. p. 343. 44.

In clivis frondosis *Camtschatcae*. 5.

Folia breviter et acute acuminata, nervo paululum excurrente barbato. Stipulae basi petiolorum adnatae, membranaceae, lanceolatae, deciduae. Petioli communis undique, foliola margine et subtus in nervo medio pilis adpersa albis patentibus raris, qui ad basin petioli, ad insertionem et apicem foliolorum crebrescunt, elongantur, rufescunt. Gemmae glutinosae, pilosae. Rami novissimi pilis albis adpressis obtecti, in cymâ rarescentibus. Flores quam in affinis multo majores, diam. 5''' superantes. Calyx extus glaber, lobis ovatis, margine pilis brevibus albis dense ciliato, intus parcius pubescentibus, lanâ in fundo floris uberiori. Petala 3''' longa, 2''' lata, brevissime unguiculata, obtusissima. Filamenta longitudine petalorum, linearia, apice attenuata, firmiora erecta, antheris ovalibus parvis. Styli 5, staminibus breviores, basi vix lanati.

11. *S. sitchensis*.

*Pyrus* (Sorbus) sambucifolia *Bong.* in Mém.

de l'Acad. de St. Petersb., 6me ser. II.

134. — *Torr.* & *A. Gr.* l. c. 472. (excl. diagn.)

In insula *Sitcha* ad oram occidentalem *Americae borealis*. 5.

Notae adductae (ex *Ledeb.*) et patria penitus aliena diversam sane speciem indicare videntur.

β. microphylla *Bong.* foliis triplo minoribus.

- b. 6juga elliptica acuta v. apice subrotundata, tenuiter et aequaliter serrata; poma (immatura) ovata.

### Species exclusae:

Sorbus *Amelanchier* *Crtz.*

— *Aria* *Crtz.*

— — *P.*

— *Chamaemespilus* *Crtz.*

— *corymbosa* *Lodd.*

— *Cydonia* *Crtz.*

= *Amelanchier* vulgaris.

= *Aria* scandica.

= — nivea.

= *Chamaemespilus* humilis.

= *Aria* flabellifolia.

= *Cydonia* vulgaris.



<i>Sorbus domestica</i> L.	= <i>Cornus domestica</i> .
— <i>graeca</i> Lodd.	= <i>Aria graeca</i> .
— <i>heterophylla</i> Rchb.	= <i>Aronia sorbifolia</i> .
— <i>hybrida</i> Huds.	= <i>Aria scandica</i> .
— <i>intermedia</i> P.	= —
— <i>latifolia</i> P.	= — <i>latifolia</i> .
— <i>Malus</i> Crtz.	= <i>Malus communis</i> .
— <i>nivea</i> Hll.	= <i>Aria graeca</i> .
— — <i>Ht. angl.</i>	= — <i>nivea</i> <i>?</i> .
— <i>scandica</i> Fr.	= — <i>scandica</i> .
— <i>spuria</i> P.	= <i>Aronia spuria</i> .
— <i>torminalis</i> Clus., Crtz., P.	= <i>Torminaria Clusii</i> .
— <i>vestita</i> Lodd.	= <i>Aria cuspidata</i> .

### 5. d. Anthomeles m.

Floribus amplis speciosis insignis, unde nomen. — (Subg. *Crataegi* stylis ut plurimum 4.)  
Species omnes, unica excepta, mediterraneo-neogaeae.

#### Corymbi

##### 1. multiflori; poma plobosa; calycis laciniatae

1) serrato-glandulosae; folia subrotunda subangulata serrata glabra splendens.

##### 1. + *A. rotundifolia*.

*Mespilus rotundifolia* Ehrh. Beitr. III. 2.  
*Crataegus rotundifolia* Borkh.  
In *America boreali* (?), 5.

Spinis validis armata, a b. *Willd.* cum *Crat. glandulosa conjuncta*, quae ipsa maxime confusa species, quare haec interea inter dubias enumeranda.

2) integerrimae, ovatae acuminatae v. obtusae (in N. 3. subciliatae); folia obovata basi cuneata, breve petiolata, demum

(1) coriacea nitida, juniora subpubescentia, superne inciso-serrata v. leviter 5-7lobata; calyces pedunculique subpubescentes; spinae breves validae; poma parva obscure purpurea succosa dulcia.

##### 2. *A. Douglasii*.

*Crataegus Douglasii* Lindl. Bot. Rg. t. 1810.  
*Crataegus punctata* *?* *brevispina* Dougl. in Hook. Fl. Amer. I. 201.

*Crataegus glandulosa* *?* *brevispina* Nutt. MS.  
*Crataegus sanguinea* *?* *Douglasii* Torr. & A. Gr. I. c. 464.

In *Oregon*, ad fluminum ripas. 5.  
(1) glandulosum) abrupte angustata, ovali-obovata v. subrotunda, tenue serrata, juniora pubescentia; spinae longae tenues; corymbi (3-6flori) calyces ramulique juniores tomentoso-pubescentes; flores parvi, pedicellis brevibus; calycis lacinae incisae v. serratae; poma subglobosa majuscula rubra.

16. **Ph. ellipticum.**

Crataegus elliptica Ait. I. c. 168. — Willd. I. c. 1002. 5. — Ser. I. c. 627. 6. — G. Don I. c. 598. 6. — Torr. & A. Gr. I. c. 469. Crat. glandulosa Michx. I. c. I. 288. (nec Ait. neque W.). Crat. viridis Walt. ex Ell. In Virginia et Carolina boreali, Georgia, Florida. 5. Crat. flavae pluribus notis similis; formae foliis minoribus Cr. parvifoliae accedunt. In statu silvestri fructus est ruber, ovalis v. subglobosus, sapidus.

**Obs.** Diagnosis Aitonii a cl. Willd. et Ser. recepta: „spinosa, foliis ellipticis inaequaliter serratis glabris, petiolis calycibusque glandulosis, baccis globosis pentaspermis“ nimis brevis est, et judicium securum de ejus vera identitate vix permittit.

(2) cuneiformia v. oblongo-spathulata

crenata, inferiora fasciculata minima spathulata basi valde attenuata sessilia, apice interdum triloba, ramulorum juniorum steriliura sparsa, saepe multo ampliora, subrotunda, varie lobata incisave; calycis lacinae triangulari-ovatae brevissimae (ut petioli foliaque) eglandulosae; poma ovoideo-globosa minima lacte rubra.

17. **Ph. spathulatum.**

Crataegus spathulata Michx. I. c. 188. — Pers. I. c. — Loud. arb. brit. t. 31. — Torr. & A. Gr. I. c. 467. (non Pursh, Ser. & Lindl.). Crat. microcarpa Lindl. Bot. Rg. t. 1846. Crat. viridis ht. (non L.). Mespilus spathulata Sp. I. c. 66. t. 10. f. J. In Virginia, Georgia, Florida, Louisiana, Arkansas, Texas. 5 5.



(Phaenopyrum spathulatum)

Frutex v. arbuscula 12—15pedalis, ramis flexuosis spinis tenuibus 1—2'' longis armatis, tota glabra eglandulosa. Folia ramulorum florentium in tuberculis brevibus lateralibus fasciculata, ramorum steriliu saepe 2'' longa et lata, trifida v. indivisa. Corymbi (subpaniculati, Sp.) subsimplices, glabri, multiflori (pauciflori Sp.): flores parvi. Poma magnit. pisi, pyrena integumento tenui vix osseo. Folia turionum terminalium stipulis amplis cultriformibus incisiss instructa.

3) angulato- 3—5—9loba, longe et tenui-petiolata,

(1) membranacea, argute serrata, demum glabruscula; spinae robustae; poma globosa majuscula laete rubra.— Folia

a. subrotundo-ovata, ovata v. subrhomboidea, basi truncata (ramorum steriliu ut plurimum cordata,) obtusiuscula, supra scabra, subtus ad nervos pubescentia v. tomentosa, angulato-5—9loba; lobis acutis inaequaliter serratis; petioli (subglandulosi), pedunculi calycumque tubi villosi; sepala lineari-lanceolata tubo longiora cum stipulis bracteolisque fimbriolato-glandulosa.

18. **Phaenopyrum coccineum.**

Crataegus coccinea L. l. c. 682. — Willd. l. c. 1000. 1. — Ser. l. c. 19. — G. Don l. c. 599. 25. — Lindl. l. c. t. 1957. — Torr. & A. Gr. l. c. 465. (excl. varr. plur.). — Bot. Mg. t. 3432.

Mespilus coccinea Sprg. l. c. 507. 30. — Sp. l. c. 64. — Wats. l. c. t. 62. — Mill. ic. t. 170.

Mespilus Apiifolia, virginiana, spinis horrida, fructu amplo coccineo. Pluk. Alm. 249. t. 46. f. 4.

Mesp. spinosa s. Oxyacantha virginiana maxima Hf. Angl. 49. t. 13. f. 1.

β. macracanthum Lindl. l. c. t. 1912.

γ. oligandrum Torr. & A. Gr. — glabruscula, corymbis paucifloris; staminibus 5, stylis 2—4.

δ. cuneatum Wdr. Flora 1826. I. 354. — foliis basi cuneatis, spinis brevioribus robustioribus, fructibus serioribus.

ε. pubescens Tsch. (Flora XXI. [1838.] 718.); tota, imo et fructus pube mollissima obducta, (omnes sub Crataego) — et indescriptae:

ζ. corallinum Lodd. (Crat.).

Mespilus pyriformis Hf.

η. indentatum Lodd. (Crat.).

θ. neapolitanum Hf. (Crat.).

Mespilus constantinopolitana Godefr.

Ad margines dumetorum et rivulorum, a Canadâ ad Floridam et Louisianam usque. 5.

γ. pr. New Albany in Indianâ (Dr. Clapp). 5.

Arbor 20—25pedalis, (γ. frutex 6—9pedalis), ramis divaricatis inclinatiss fusciscentibus, spinis longis apice subulatis nigrofuscis. Folia 2½'' longa, 2'' lata, molliuscula, laete viridia, plerumque utrinque in lobos 3—4 parvos acutos v. acuminatos serrato-angulatos fissa. Petioli 1—2'' longi. Corymbi breves, ramulis subtrifloris. Corolla alba, diam. 9—10''. Styli glabri. Poma magnit. cerasi majoris, ½—½'' diam., coccinea v. purpurascens, edulia.

19. **Ph. viride.**

Crataegus viridis L. l. c. 683. — Willd. l. c. 1001. 3. — Ser. l. c. 630. 43. — G. Don l. c. 601. 49.

Crat. coccinea β. viridis Torr. & A. Gr. l. c. Mespilus inermis foliis oblongis integris acuminatis serratis parvis utrinque viridibus Gron. Virg. 163.

In Virginia et Carolina. 5.

Stipulae semicordatae.

b. lanceolato-ovata subtriloba basi acuta apice acuminata glabra; caulibus inermis; poma ovalia aut pyriformia et 3pyrena, vel globosa 5pyrena.

(2) subcoriacea inciso-serrata, acuminata, ut plurimum basi subcordata, glabra cum petioli calycibusque eglandulosa; spinae graciles; folia

a. deltoideo-ovata, prope basin plerumque 3loba; calycis lacinae brevissimae latissimae deciduae; poma minima depresso-globosa laete purpureo-rubescens.

**20. Ph. cordatum.**

*Crataegus cordata* Ait. l. c. 268. — *Willd.* l. c. 1000. 2. — *Ser.* l. c. 628. 20. — *G. Don* l. c. 599. 26. — *Lindl.* l. c. t. 1151. — *Torr. & A. Gr.* l. c. 467.

*Crat. populifolia* *Walt.* *Carol.* 147. — *Pursh* l. c. 337. (nec *Ell.*).

*Crat. Phaenopyrum* *Borkh.*

*Mespilus cordata* *Mill.* ic. 119. t. 179. — *Sprg.* l. c. 507. 29. — *Wats.* l. c. t. 63.

*Mespilus Phaenopyrum* *L. fil.* *Suppl.* 254. — *Ehrh.* *Beitr.* II. 67.

Ad fluviorum ripas a *Virginii* ad *Georgiam* usque prope montes. 5.

Arbor 15–20pedalis, ramis spinosis albamaculatis, spinis longis gracillimis acutissimis. Folia 1–2poll. et longiora, opaca, venis supra minute pubescentibus exceptis glaberrima, saepius profunde et aequaliter triloba, (3–5-fida *L. fil.*), interdum circumscriptione subrhomboidea et basi subattenuata, in ramis vigorosis saepius glandulis parvis obsoletis instructa. Petiolus lamina brevior. Corymbi compositi; bracteae ad basin pedicellorum solitariae subulatae minimae deciduae. Dentes calycini intus pubescentes, obtusi. Poma numerosa, magnit. baccarum *Ribes rubri*, umbilico lato nudo, pyrenis apice denudatis.

b. ovalia v. cordiformia-ovalia, 3–5loba v. quinquangula glaberrima; lobis acuminatis inciso-denticulatis v. inciso-lobatis; corymbi paniculati; calycis glabri, dentibus erectis persistentibus; poma parva globosa calycis dentibus coronata corallina.

**21. Ph. acerifolium.**

*Mespilus acerifolia* *Poir.* *Enc. méth.* IV. 442. — *Sp.* l. c. 65.

*Mesp. corallina* *Desf.* *arb.*

In *América boreali.* 5.

Arbor parva, comâ densâ, ramis divaricatis, fuscis, spinis longis apice subulatis. Folia  $1\frac{1}{2}$ –3'' longa, saepe aequalata, supra lucida et laete viridia, formâ maxime variabilia, petiolis glabris tenuibus. Pedicelli graciles. Flores albi, diam. 4'''. Poma magnit. pisi.

Differre videtur a *Ph. cordato* foliis lucidis nec opacis, calycis laciniis glabris persistentibus nec intus pubescentibus deciduis, pomis majoribus coronatis laetissime corallinis.

**4) pinnatifida v. pinnatipartita,**

(1) vel pinnatilobata: lobis inaequalibus dentatis, ovata v. ovato-oblonga petiolata supra glabra, subtus subvelutina, basi cuneiformia v. subcordata, inciso-angulata; ramulis, petioli, peduncululi calycumque tubi tomentosi; lacinae triangulari-lanceolatae tubo breviores apice subdenticulatae revolutae; poma sphaerica nigra.

**22. Ph. nigrum.**

*Crataegus nigra* *W. & K.* *pl. rar. Hung.* t. 61. — *Ser.* l. c. 628. 24. — *G. Don* l. c. 599. 31. — *Lodd.* *Bot. Cab.* t. 1021. — *Guimp. & Hayne* *fremd. Hlz.* t. 106. — *Jaume St. Hil.* l. c. t. 359. — *Rchb.* l. c. 629. 4051.

*Crat. carpathica* *Lindl.*

*Crat. versicolor* *Roch.*

*Mespilus nigra* *Willd.* *En.* 524. — *Wats.* l. c. t. 64. — *Sprg.* l. c. 34. — *Sp.* l. c. 64. t. 10. f. 1.

In *Hungariâ*, *Croatiâ* et *Transsilvaniâ.* 5 5.

Arbor 15pedalis v. frutex, ramis fuscis inermibus. Folia  $1\frac{1}{2}$ –3'' longa,  $1\frac{1}{2}$ –2 $\frac{1}{2}$ '' lata, firma, supra obscure viridia subtus canescentia, juniora utrinque mollia, basi subtruncata; petiolo 6–12'' longo. Stipulae semiovatae v. cultriformes, serrulatae. Corymbi amplii, densi, simplices,  $1\frac{1}{2}$ –2pollicares. Flores albi v. leviter rosei, diam. 6'''. Poma magnit. illorum *Oxyacanthae*.

(2) in petiolum decurrentia, subtus tomentosa, profunde pinnatifida (vel pinnatipartita in No. 25, aut cuneiformi-trifida in No. 24.): laciniis

a. lineari-oblongis, (calyces cum ramulis junioribus pedunculisque tomentosi laciniis reflexis tubo longioribus)



- a) vel cuneiformi-oblongis apice dentatis v. latere exteriore 2-3-dentatis haud imbricatis, supra velutinis, tomento persistente; corymbi compacti, parum ramosi; calycis lacinae triangulares cuspidatae; poma subglobosa rubra.
- b. tenuissime denticulatis subimbricatis supra pubescentibus; corymbi compacti capitulati; calycis lacinae triangulari-lanceolatae denticulatae; bractea amplicae stipulaeque fimbriatae-glandulosae; poma sphaerica depressa pentagona, pallide flava rubescentiflora.
- b. oblongis latioribus apice paucidentatis
- a) subtus subvillosis supra glabris, subimbricatis; corymbi laxi, pedicellis elongatis; poma subglobosa sanguinea, pulpâ dilutiore.
- b) integerrimisque, tomento evanido; calycis lacinae triangulari-acutae reflexae; poma purpurea, putamine tenuiori.
- 23. Phaenopyrum odoratissimum.**  
Crataegus orientalis MB. Fl. T. C. I. 387. III. 322.  
Crat. tanacetifolia  $\beta$ . taurica Ser. I. c. 629. — G. Don I. c. 601.  
Crat. odoratissima G. Don I. c. 44. — Lindl. I. c. t. 1885.  
Mespilus odoratissima Andr. Bot. Rp. t. 590. — Sims Bot. Mg. t. 2314.  
Mespilus orientalis Habl. Taur. — Spry. I. c. 508. 88.  
In Tauriâ australi ad Pontum Euxinum. 5.  
Arbuscula ramis inermibus patulis. Folia 1-2" longa, breve petiolata. Pedicelli brevissimi; bracteolae minutae caducae. Flores albi, diam. 10"', suaveolentes. Poma magnit. cerasi, coccinea, acidula, grate sapida.
- 24. Ph. tanacetifolium.**  
Crataegus tanacetifolia Pers. I. c. 38. — Ser. I. c. 34. — G. Don I. c. 43. (uterque var.  $\beta$ . excl.). — Ledeb. Fl. Ross. II. 90. (p. p.) — Lindl. I. c. t. 1884.  
Crat. orientalis Pall. Ind. Taur. (non MB. nec Lindl.).  
Mespilus tanacetifolia Poir. I. c. IV. 440. — Sm. Exot. Bot. t. 85. — Spry. I. c. 39. — Sp. I. c. 71. — Andr. I. c. t. 591.  
Mesp. pinnata Dum. Cours.  
 $\beta$ . Crat. glabra Lodd.  
 $\gamma$ . Crat. incisa Lodd.  
Crat. Leana Loud.  
In Tauriâ et provinc. Caucasicis, in Oriente. 5.  
Arbor ramis confertis patulis. Folia supra nitida, juniora velutina, 1½-2" longa, subtus pilis brevibus albidis hirsuta, denticulis mucronulatis glandulosis, breve petiolata. Pedunculi subtriflori brevissimi; pedicelli subnulli. Calyces bracteis obvallati. Flores albi, diam. 8-10"'. Poma magnit. cerasi, interdum fere pollicaria, edulia.
- 25. Ph. Schraderianum.**  
Crataegus sanguinea Schrad. Ht. Goett. (non Pall.).  
Crat. Schraderiana Ledb. I. c. 91.  
In Tauriâ orientali. 5.  
Frutex arboreus, forsân a Ph. odoratissimo non specie diversus.
- 26. Ph. Tournefortii.**  
Crataegus orientalis Lindl. Bot. Rg. t. 1832. (nec MB. & Pall.). — Wlp. I. c. II. 58. 2.  
Crat. Tournefortii Griseb. I. c. 90.  
In Oriente et Chersoneso Taurico. 5.  
Folia inciso-serrata, subtrifida basi cuneata tomentosa; fructus 4-5pyreni glabri sphaerici nudi, putamine crassissimo (?). Wlp. I. c. ex Lindl. (?).

#### 14. Aronia.

Pers. Syn. II. 39. — Spach I. c. 87.

Pyrus Sect. VI. Sorbus (p. p.) et VII. Adenorachis Ser. I. c. 637. et G. Don I. c. 649. — Pyrus g. Adenorachis Endl. I. c.

Folia crenulata: crenis ut plurimum glandulâ mucroniformi terminatis, nervis tenuibus plerumque curvilineis, costâ supra glandulosâ. Stipulae parvae caducae. Ramuli floriferi plus minus elongati, e ligno vetusto orti. Flores parvi, albi. Antherae ante anthesin violaceo-purpureae. Poma parva. Spach.

#### Sect. I. Adenorachis. Ser.

1. Folia pinnata 3juga subtus hirsuta, foliola ovata crenata, terminale majus; rhachis superne glandulosa; poma coccinea.

#### 1. Ar. spuria.

Sorbus spuria Pers. I. c.  
Pyrus hybrida Willd. arb. 269. Sp. pl. I. 1022. 22. (p. p.) En. — Mch. Weissenst. 90. t. 6. — Guimp. fremd. Hlz. t. 81.

(*Aronia spuria*)

*Pyrus spuria* Ser. l. c. 34. (excl. syn. *Poir.*).  
— *G. Don* l. c. 48.

Hab. . . . . 5.

A sequente diversa foliis definite pinnatis, rhachi glandulosâ et pomis coccineis. (*Rchb.*)

2. Folia basi pinnatipartita v. lyrata (rarius integra v. biauriculata) ovali-oblonga, inaequaliter serrata; poma ellipsoidea v. subturbinata nigra caesio-pruinosa.

Folia juniora subtus, pedunculi calycesque

1) tomentosa, illa adulta ad costam et nervos pubescentia; laciniâ laterales ovales, ellipticae, oblongae v. lanceolato-oblongae, obtusae v. acutae, terminalis ovata v. ovato-rhomboidea v. elliptica, v. subturbinata, apice acuta v. rotundata, amplissima, integra v. inferne pinnatifida, rhachis eglandulosa.

2) glaberrima; reliqua praecedentis.

2. *Ar. sorbifolia* Sp. l. c.

*Mespilus sorbifolia* *Poir.* Enc. méth. Suppl. IV. 72.

*Crataegus sorbifolia* *Desf.* Ht. Par.

*Pyrus spuria* *Lindl.* Bot. Rg. t. 1196.

*Sorbus heterophylla* *Rchb.* l. c. 628. 4043.

Hab. . . . . 5. In *Thuringia* pr. *Suhl* (*Hoffm.*) (vix spontanea).

Frutex 6—8pedalis, ramis reclinatis rufofuscis. Folia formâ valde variabilia, ramulorum floriferorum 1½—2' longa, ut plurimum obtusa, superiora saepius integra, ramulorum sterilium circ. 4" longa, 2" lata, plerumque acuta; petioli 8—10" longi, basi biauriculati. Cymae multiflorae, densae, bipollicares, folia floralia superantes. Corolla diam. 4—5"'. Poma 3—4" alta.

3. *Ar. Watsoniana*.

*Pyrus sorbifolia* *Wats.* l. c. t. 53.

Hab. . . . . 5.

Sect. II. *Aronia* s. str.

*Pyrus* §. 2. *Adenorachis*. Folia simplicia: costâ mediâ supra glandulosâ; cymae compositae; petala patentia concava, styli (3—5) basi coealiti; poma turbinata v. globosa; carpella (putamen) subcartilaginea. *Torr.* & *A. Gr.* l. c. 471.

Folia breve petiolata,

1. subtus cum calycibus pedunculisque tomentosa,

1) ramulorum floriferorum oblonga v. elliptico-oblonga subacuminata tenuiter crenulata, turionum sterilium lanceolata v. lanceolato-oblonga v. lanceolato-elliptica v. lanceolato-obovata, acuminata, duplicatodenticulata; corymbi densi multiflori; poma subturbinata nigricantia glauco-pruinosa.

2) oblonga obtusa; corymbi foliorum longitudine; poma pyriiformia atropurpurea. Caulis humilis, reclinatus.

3) oblongo-ovata acuta crenatodentata; poma rubra.

4. *Ar. densiflora* Sp. l. c. 88. t. 9. f. N.

*Crataegus arbutifolia* *Desf.* Ht. Par.

In *Americâ boreali*, ut omnes hujus sectionis. 5.

Frutex 4—6pedalis, ramis erectis rufofuscis. Ramuli tomentosi. Folia 1½—3' longa, 10—20" lata, petioli 4—6" longa. Petala 2" longa. Poma 5—6" alta.

5. *Ar. depressa* Sp. l. c. 90.

*Pyrus depressa* *Lindl.* in Trs. of the Hort.

Soc. Lond. VII. 230. — *G. Don* l. c. 51. —

*Wlp.* l. c. II. 54. 15.

Similis *Ar. melanocarpae*, pumila, 1½pedalis: rami reclinati fusco-cinerei, ramuli brevissimi. Folia parva, apice rotundata, supra glabra, crenulis tenuissimis. Corymbi numerosissimi. Poma minima, copiosa, tomentosa, subglobosa.

6. *Ar. pyrifolia* *Pers.* l. c.

*Crataegus pyrifolia* *Lam.* Dict. I. 83.

*Pyrus arbutifolia* a. rubra *Willd.* l. c. 1013.

Folia parva, subtus albo-tomentosa. Poma magnit. baccae *Ribis* rubri, acerba.



4) ovato-lanceolata v. lanceolato-  
obovata acuta; corymbi foliis

(1) breviores pauciflori; poma pyriformia coccinea.

7. *Aronia arbutifolia* Sp. l. c. 89. t. 9. f. L.

*Pyrus arbutifolia* L. fil. Suppl. 256. — *Wgh.* Amer. t. 28. f. 64. — *Willd.* l. c. 1012. l. (a. p. p. et γ.) arb. 257. — *Sprg.* l. c. 510. 20. — *Torr. & A.Gr.* l. c. var. a. erythrocarpa (p. p. et excl. pl. synon.). — *Ser.* l. c. 36. (p. p.) — *G. Don* l. c. 49. — *Lindl.* l. c. 224.

*Mespilus arbutifolia* L. Sp. pl. 685. — *Sm.* arb. t. 86. — *Mill. Dict. ic. t.* 109. — a. erythrocarpa *Mchx.* l. c. l. 292.

*Crataegus serrata* Poir. l. c. Suppl. I. 292. *Sorbus virginiana*, folio *Arbuti.* *Herm. Lugdb.* 578. t. 669.

A *Canadā* et *Terrā Novā* usque ad *Georgiam* et *Louisianam* in dumetis depressis et ad paludum margines. 5.

Truncus rectus nudus, ramis fuscescentibus erectis ramulis rufobrunneis. Folia parva, pallide viridia, ovalia, utrinque acuminata, basin versus paulo angustiora, supra glabra, crenis minimis fusco-apiculatis. (Folia ovato-lanceolata, interdum obovata s. cuneiformia, tenuissime serrata, subtus villosa, 1½–2 poll., adulta paginā superiore rubrā, inferiore luteā. Rachis supra tota glandulifera. Glandulae confertae, subulato-cylindricae, luteo-rufescentes. Serraturae apice glanduloso-cartilagineae. Stipulae laterales petiolo adnatae, subulatae. Corymbus tomentosus, 6–12 florus. Bractae subulatae caducae. Flores vix magnif. Crataegi *Oxyacanthae*. Petala obovata, alba, extus rubella. Antherae rubrae. Styli 5. Fructus subglobosus, 5loc.: semina in quovis loculamento duo, oblonga fusca. L. fil.) Fructus rubri, nitidi, numerosissimi, parvi, obovati, subtomentosi. (*Lindl.*)

β. intermedia *Lindl.* l. c. 229.: fructus subgloboso fusco.

γ. serotina *Lindl.* l. c.: foliis utrinque magis angustatis supra nitidis subtus velutinis; pomis pyriformibus primum flavescens demum coccineis.

δ. alba: fructu albo *W.* l. c. γ.

8. *A. floribunda* Sp. l. c. 89.

*Pyrus floribunda* *Lindl.* l. c. 230. et *Bot. Rg.* t. 1006. — *G. Don* l. c. 50.

Differt a praecedente ramis reclinatis confertis griseis et fructu nigro. Nihilominus d. *Torr. & A.Gr.* eam suae varietati erythrocarpae adnumerant.

9. *Ar. glabrescens* Sp. l. c. 89. t. 9. f. M.

Frutex 3–5 pedalis, ramis non inclinatis rufo-brunneis. Folia opaca, valde glandulosa, 1½–3" longa, 6–15" lata. Poma circ. 4" alta.

10. *Ar. pubens* Sp. l. c. 90.

*Pyrus pubens* *Lindl.* l. c. 232. — *G. Don* l. c. 53. — *Wip.* l. c. 16.

*Pyrus capitata hortul.*

Truncus robustus, ramulis cinereis incanis. Folia abrupte acuminata, basi angustata, pallide viridia, subglandulosa. Corymbi numerosi, foliis breviores. Poma magna, nitida, laxe corymbosa, disco apiceque glabrisculis. Haec et *Ar. grandifolia* habitum *Chaemespili* prae se ferunt.

(2) longiores multiflori; poma sphaerica atropurpurea.

## 2. subtus glabrescentia v. glaberrima,

## 1) calyces et pedunculi quoque glaberrimi. Folia

(1) lanceolata v. lanceolato-obovata v. lanceolato-elliptica, breve acuminata; corymbi densi, pauciflori foliis breviores; poma subglobosa violaceo-purpurea.

(2) oblonga v. obovato-oblonga

a. vel obovata, acuminata; corymbi multiflori laxi; poma sphaerica glabra atropurpurea; caulis erectus; ramuli pubescentes.

Ob  
lo  
s  
n

Röm

b. acuta nitida parum glandulosa; 11. **Ar. melanocarpa** Sp. l. c. 90.  
poma turbinata nigra lucida.

*Pyrus melanocarpa* Willd. En. 525. — Ser. l. c. 37. — G. Don l. c. 52. — Sprng. l. c. 509. 4. — Lindl. l. c. 231.

*Ar. arbutifolia* Pers. l. c.

*Pyrus arbutifolia* β. nigra Willd. l. c. 1013.

— β. melanocarpa Torr. & A. Gr. l. c. (p. p.)

*Aronia arbutifolia* β. melanocarpa Torr. Fl. unit. stat. l. 479.

*Mespilus arbutifolia* β. melanocarpa Michx. l. c.

*Pyrus pensylvanica* Ht.

*Mespilus montana* Ht.

In montibus Carolinae, et a Virginia ad Canadam usque. 5.

Caulis erectus, 1½–2pedalis, glaber, ramulis erectis glabris. Folia pallide viridia, fortiter crenata, margine aut in nervis vix subglandulosa, anno prolapsio obscure rubescentia. Flores minores ac in reliquis. Gemmae et turiones saepe coccinei.

β. subpubescens Lindl. l. c. 232: foliis junioribus subtus tomentosis, adultis glabris, corymbis paucifloris, pomis flavescensibus.

*Mespilus xanthocarpa* Lodd. Cat.

(3) obovata v. oblongo-obovata (abrupte) breve acuminata acuta; corymbi pauciflori coarctati, poma sphaerica glabra atropurpurea, disco apiceque (ovarii) villosis.

12. **Ar. grandifolia** Sp. l. c. 91. t. 9. f. P. pl. et p<sup>2</sup>.

*Pyrus grandifolia* Lindl. l. c. 233. et in Bot. Rg. t. 1154. — G. Don l. c. 54. — Wlp. l. c. 17.

Truncus erectus robustus ramique glabriusculi; ramuli fusci, leviter pubescentes. Folia ampla, lacte viridia, lata, supra nitida, serrulata, glandulis paucis. Flores majusculi. Poma magnit. pisi majoris. Styli lanati.

13. **Ar. pumila.**

*Pyrus pumila* Neum. — Tsch. Dendroth. exot. boh. V. Flora XXI. Beibl. 77.

E seminibus a Bartramio ex America boreali missis in horto Leibnitziano enata. 5.

Proxima *Ar. melanocarpae*, quam inter et *Ar. arbutifoliam* quasi media. Flores quam in utraque duplo minores. Fructus nigri.

2) calyces villosi dentibus obtusis glandulosi; folia obovata basi longe cuneato-attenuata crenulato-serrulata, in rachi superne glandulosa.

Obs. Cl. Torr. & A. Gr. omnes hasce species sub *P. arbutifolia*: „foliis obovato-oblongis, obtusis, acutis v. acuminatis, crenato-serrulatis, in petiolum brevem attenuatis supra lucidis, subtus venosis; fructu pyriformi v. maturo subgloboso“ conjungere conantur, duplicem recipientes varietatem:

a. erythocarpa: calyce, pedunculis et pagina inferiore foliorum, saltem juniorum, tomentosis, fructu obscure rubro.

β. melanocarpa: calyce, pedunculis foliisque glabris v. glabriusculis; fructu atropurpureo.

Ad illam praeter synonyma jam allata *P. floribunda* et *depressa* Ldl., *Aronia pyrifolia* et *Ar. arbutifolia* P., ad hanc *Ar. grandifolia*, pubens et glabrescens ducentur.

Frutex humilis ramosissimus, copiam florum alborum, saepius purpureo-tinctorum, antheris purpureis v. fusciscentibus proferens. Folia 1, 2, interdum 3" longa, serraturae apicali incurvo callosio v. glanduloso mucronatae, costa media supra serie longitudinali glandularum purpurascens. Styli basi villosi. Fructus diam. circ. 3", junior turbinatus, maturus subglobosus et obscure purpureo-ruber v. subniger, dulciusculus et adstringens. — Choke-berry vernae.

*Species exclusae:*

<i>Aronia alnifolia</i> Nutt.	=	<i>Amelanchier alnifolia</i> .
— <i>Amelanchier</i> Rchb.	=	— vulgaris.
— <i>Aria-Chamaemespilus</i> Rchb.	=	<i>Chamaemespilus Aria</i> .
— asiatica S. & Z.	=	<i>Amelanchier asiatica</i> .
— <i>Botryapium</i> P.	=	— <i>Botryapium</i> .
— <i>Chamaemespilus</i> P.	=	<i>Chamaemespilus humilis</i> .
— <i>cretica</i> P.	=	<i>Amelanchier cretica</i> .
— <i>ovalis</i> P.	=	— <i>ovalis</i> .
— <i>rotundifolia</i> P.	=	— vulgaris.
— <i>sanguinea</i> Nutt.	=	— sanguinea.
— <i>subcordata</i> Raf.	=	— <i>ovalis</i> β.



15. **C o r m u s.**

Spach l. c. 96.

Folia impari-pinnata, multifoliolata. Rhachis inter singula foliolorum paria valde glandulosa. Stipulae subulatae, caducae. Ramuli floriferi elongati. Corymbi irregulares ramosissimi; flores parvi, albi. Antherae ante anthesin flavae.

Foliola oblonga v. lanceolato-oblonga, argute subduplicato-serrata, supra ruguloso-venosa, subtus subvillosa. Petala patentia, albida. Poma calycis limbo marcescente coronata, viridi-rubentia. — Gemmae glabrae glutinosae, acuminatae.

**C. domestica** Sp. l. c. 97.

Sorbus domestica L. Sp. pl. 684. — *Willd.* l. c. 1009. 3. — *Jacq.* Austr. t. 447. — *Plench* ic. t. 391. — *Guimp.* l. c. t. 63. — *Dub.* ed. nov. I. t. 44. — *Crtz.* Austr. 87. t. 2. f. 3. — *Rehb.* l. c. 627. 4041. — *Kern.* l. c. t. 93.

*Pyrus domestica* Sm. Engl. Fl. III. 362. — *E. B.* t. 350. — *Sprg.* l. c. 511. 35. — *G. Don* l. c. 648. 46.

*Pyrus Sorbus Gaertn.* fr. II. 45. t. 87. — *Ser.* l. c. 637. 32. — *Ledeb.* Ross. II. 99.

*Malus Sorbus Borkh.*

In *Europâ australi* usque in *Germaniam*, hinc inde culta, in *Tauriâ* et *Macedoniâ*, in *Barbariâ*, in silvis montanis. 5.

*Speierling*, Garten-Eberesche germ., *Cormier* gall., *Service-tree* angl.

Arbor 30 — 50 pedalis, ligno duro compacto rufo facile poliendo et valde aestimato, trunco recto, cortice griseo-fusco; rami comam satis regularem pyramidalem formantes. Foliola II — 17, sessilia, horizontalia, internodiis multo longiora, rarius obovato-oblonga, acuminata, serraturis cuspidatis, basi integra inaequaliter truncata, subtus subanthesi tomentosa, serius subglabra. Ramuli, petioli, pedunculi et calyces primum lanati, demum glabri. Corymbi subpaniculati vel pyramidales v. convexissimi: ramificationibus inferioribus axillaribus, foliis multo brevioribus. Pedicelli calyce breviores, ut plurimum terni. Petala circ. 3<sup>4</sup> longa. Poma magnâ pyri minoris, virescenti-flava, hinc rubro-tincta, acerba et adstringentia, diutius super stramen asservata mitiora et edulia sunt; spiritus et in *Britanniâ gallicâ* vini species ex illis paratur.

*α. pomifera* *Rehb.* fructu globoso.

*Sorbus domestica* *Risso* l. c. 344.

*β. pyriferâ* *Rehb.* fructu pyriformi.

*Sorbus legitima* *Clus.* hist. 62.

*γ. microcarpa* *Risso* l. c.: foliis virescenti-argentatis, fr. parvo ruberrimo.

Coma in modum *Aurantii arboris* rotundata; foliola 8juga; flores parvi, teneri, laete rubri; fructus Nov. matur.

*δ. macrocarpa* *Risso* l. c.: fr. maximo, depresso luteo-aurato.

Arbor amplissima, foliola ovalia, inaequaliter denticulata; poma utrinque subdepressa, laete aurea. calyce longe coronata, praecocia, sapida.

*ε. elongata* *Risso* l. c. 345.: fr. parvo ovato-oblongo dulci sapido.

Arbor comâ elongato-acuminatâ; poma minus numerosa, Oct. maturescentia.

*ζ. albida* *Risso* l. c.: fr. medio albido subsapido.

Arbor mediocris, ramis divaricatis; poma parum numerosa Aug. matura.

*η. serotina* *Risso* l. c.: foliis parvis, fructu magno rubro sapido.

Truncus elatus; folia quam in reliquis tenuiora et latiora; poma in latere soli exposito laete rubra, sapidissima, Julio mense matura, diutissime conservanda.

**16. Pyrus.**

*Tourn. Inst. 404. — Spach l. c. 109.*

*Pyrus Lindl. l. c. 97. (p. p.) — Pyrus sect. I. Pyrophorum (Neck.) Ser. in DC. l. c. 633. — G. Don l. c. 605. — Pyrus a. Pyrophorum Endl. gen. 1237. 6342. — Pyrus a. Pyrus Meisn. gen. 106. (75.)*

**I. Flores corymbosi.**

**A. Corymbi simplices v. subramosi.** Petala supra unguem haud lanata. Antherae ante anthesin violaceo-purpureae. Styli liberi. — Foliorum costa eglandulosa.

**1. Styli inferne leviter pubescentes.**

**1) Folia tenuissime denticulata, adulta glaberrima, nascentia (in sp. 1.) subtus cum pedicellis et calycibus lanata vel floccosa, aut (in sp. 2.) margine tantum floccosa. Calycis laciniæ**

(1) triangulari-lanceolatae, apice subulatae, corollâ dimidio breviores; petala elliptica; styli longitudine staminum; poma turbinata, in pedunculum producta. Folia ovato- v. ovato-lanceolata, acuminata, longe petiolata.

**1. P. communis L.** Sp. pl. 686.  $\beta$ - $\epsilon$ . — *Willd. l. c. 1016. 6.  $\beta$ - $\epsilon$ . — Sprg. l. c. 509. 1, et omnium fere auctorum. — Sp. l. c. 114. (quoad varr. cultas) et 122. — Sm. E. B. t. 1784. — Lois. in *Dub. VI. t. 59. — Guimp. l. c. t. 75. — Schk. Hdb. t. 134. — Reil. & Abel t. 21. — Gaertn. t. 87. — Rchb. Fl. germ. exc. 631. 4064.*  
**P. communis v. Achras** (spinosa, foliis ovatis acuminatis integerrimis longe petiolatis, junioribus calycisque tubo lanatis demum glabratis, pomis basi productis) *Wallr. Sched. crit. 213. — Ser. l. c. — G. Don l. c.**

**P. Pyrastrer hl.**  
**Zahmer Birnbaum germ., Poirier gall, Pear angl., Pero ital.**  
 $\beta$ . *dasyphylla Tsch.* (*Dendroth. boh. exs. et Flora XXI. 116.*): spinosa, foliis subcordato-subrotundis serrulatis utrinque calycibusque cano-tomentosis, fructibus basi attenuatis.  
*In Europae silvis, in dumetis pr. Pragam. 5. 5. Holzbirn germ.*

**Arbor pyramidalis, 30-40pedalis, circuito 6-8 pedum, cortice rimoso, ramulis spinoscentibus, cortice compacto duro gravi rufescente. Folia 1-3' longa, firma, nitida, laete viridia, reticulata, petiolo laminam subaequante v. interdum superante. Corymbi 6-12flori: pedicelli graciles, 12-15'' longi. Corolla alba, diam. fere pollicaris. Poma primum dilute viridia, demum flavescencia, griseo-punctata, 12-15'' alta, ejusdem circ. diametri, carne alba firmâ, ante maturitatem completam acerbissima. (Sp.)**

„Fruticosa ramis gaudet laevibus elongatis cortice cinereo tectis, ramulis laterali- bus remotis spinoscentibus auctis: arbor vero, ob ramos surrectos, habitum pyramidatum haud male exprimens, altitudinem proceram nanciscitur. Et in frutice et in arbore calyces aequae ac germina, ramuli juniores et folia subtus lanâ densâ arachnoideo-floccosâ marginem ut in *Mespilo Cotoneastro* circuli albi instar transeunte pubescunt, quam serius omnino fere exuunt aut obsoletam retinent. Pomum pediculo longiore instructum arboris



(*Pyrus communis*) typum optime reddidit et Linnaeanae definitioni, *Pyrus* communem poma basi producta proferre, nominisque rationi respondet. Omnes partes a foliorum petiolo inde ad ipsam trunci ramorumque proceritatem hanc *Pyrus* speciem ad formam productam s. elongatam proclivem esse monstrant. (Wallr. l. c.)

(2) triangulares, cuspidatae, corollâ semel breviores, tomentosae; petala elliptico-orbiculata; styli staminibus paulo longiores; poma subglobosa. Folia ovato-v. elliptico-orbicularia, breve acuminata, petiolo suo breviora.

**2. *Pyrus Achras*** *Rch.* l. c. 4063. — *Sp.*

l. c. 123. — *Guertn.* fr. t. 87. f. 2.

*P. communis*  $\beta$ . *Pyrastrer* (spinosa, foliis subrotundis acutis argute serratis, junioribus germinibusque glabris, pomis basi rotundatis). *Wallr.* l. c. 214. — *Ser.* l. c. — *G. Don* l. c.

*P. silvestris* *C. Bauh.* — *Dierb.* ökon. techn. Bot. I. 221. (praecedente inclusâ).

In silvis montanis *Europae*. 5 5.

Küttelbirn germ.

Folia firma, nitida, obscure viridia, 1 1/2-2' longa et lata. Fructus parvus, subglobosus, calculosus. (*Sp.*)

„Stirps antecedentis more aut frutescit aut arborescit. Fruticis ramuli contorti sunt, magis diffusi et ob ramulorum approximatorum spinescentium congeriem quasi nodosi. Similiter rami distorquentur in stirpe arborescente, habitum patulum vel rotundatum haud male fingente et retinente. Omnes partes a pube alienae sunt et pilos raros, quibus petioli foliorumque juniorum semet modo explicantium nervi parcius obsiti sunt, post paucos jam dies exuunt. Calyces aequae ac gemina et quae flori succedunt prima pomi initia nunquam pubescunt. Pomi pedunculus brevior ejusque forma ab antecedentis varietatis typo quadatenus absona, basi vel minus vel omnino non producta potius rotundatur nec in pyramidis formam producitur. Sapor acerbus. Hujus proinde varietatis typus in formâ subrotundâ versatur nec aliam foliorum, pomi ipsiusque arboris ratio declarat.“ (*Wallr.* l. c.)

Ex hisce duabus speciebus orta est

$\beta$ . *P. sativa* *C. Bauh.* — *Dierb.* l. c. 223. et quidem, uti cl. *Wallr.* suspicatur, formae fructibus elongatis et in pedunculum productis e *P. communis*  $\alpha$ ., et illae fructibus rotundatis gaudentes e *P. c. \beta. v. *P. Achras*. — Varietatum fere innumerarum, quarum e. gr. cl. *G. Don* in suo opere p. 606—620 solus 677 enumerat, praestantiores hic indicamus, cl. *Dierbachii* dispositioni praecipue innixi.*

a. *favoniana* *Plin.* — *Schübl. & Mart.* l. c. 321.  $\epsilon$ . — fructibus ovatis obtusis moschato-saccharatis praecocioribus, pedunculo tenui elongato.

Muskateller-, Zuckerbirnen. — *Pyra praecocia* *Columella* — *Dierb.*

a) *moschata* *Risso* l. c. 252. l.: fr. minimo rotundato sub-turbinato, carne duriusculâ submoschatâ dulci.

Kleine Muskatellerbirne, Sieben in's Maul germ., Poire petit Muscat, Sept-en-gueule. *Pom. Franc.* III. t. 3. f. 1, a, b. — *Duh.* arb. fr. II. 119. t. 1. — *Nois.* Jard. fr. t. 26.

Arbor magna, ramis regularibus, foliis laete viridibus; fructus Jul. maturi, fasciculati, partim longius pedunculati, flavescenti-virides, interdum fusco-punctati; semina albida, reniformia.

Subvar. minor (*Poirion-Birne* *Nois.* — *Sickl.* I. t. 5.) exstat fr. magnit. olivae, sapidissimo, corymboso-aggregato.

$\beta$ ) *corymbosa*: fr. praecedentis, paulo serius (Aug.) maturesc., flavo, fasciculato.

Kleine gelbe Strauss-Musk.

$\gamma$ ) *aestiva*: fr. parvo flavo, vix magnit. nucis moschatae, gratissimo.

Kleiner gelber Sommer-Musk.

- (*Pyrus Aehras*)
- δ) *Mayeri*: fr. praec. majore, fine Jul. maturo.  
Mayer's Königs-Musk. Pom. Fr. t. 3. f. 2. —  
Sommer-Certeau, Honigbirne.
- ε) *ambrina*: fr. minimo fragrantissimo sapidissimo flavo.  
Robert's Muskateller *Sickl.* I. t. 9., Amberbirne,  
Königinbirne, Sommerrömerling, Poire  
Muscat Robert, et subvar. major: gros St. Jean  
musqué *Nois.* t. 26. — *Duh.* I. c. 120. t. 2.
- ζ) *punctata*: fr. parvo, dilute viridi punctato, carne fragili  
moschata. Medio Jul.  
Bisambirne, Bourdon-Muskateller, geblümte  
Muskatbirne. Pom. Franc. t. 3. f. 3. *Sickl.* X. t. 6.  
Muscat fleuri.
- η) *Laforetensis*, fr. parvo, flavo rubroque, sapido, cito  
emolliente.  
Kleine frühzeitige von Laforet. Pom. Fr. t. 4.  
f. 5, 6.
- θ) *Cypria* (Cyprus) *Risso* I. c. 253. 3.: fr. medio pyriformi  
ruberrimo hinc viridi-lutescente, carne saccharata.  
Rousselet hâtif *Nois.* — Cyprische braunrothe  
Sommerbirne *Dierb.*  
Arbor medioeris; fruct. apice rotundatus, umbilico profun-  
diore, interdum dilute ruber, carne albâ flavescenti-  
tinctâ moschata. Exeunte Jun.
- ι) *amerina* (*Plin.* ?): fr. oblongo nitido dilute viridi in  
citrum vergente, hinc saturiore, carne albâ tenerâ  
succosâ. Fine Jun.  
P. c. praecox *Risso* I. c. 254. 4.  
Johannisbirne, Pom. Franc. t. 7. f. 11. — Amiré  
Joannet *Duh.* I. c. 125. — *Sickl.* I. t. 4. (subvar. flava,  
magnit. Juglandis.)
- κ) *cerasiformis*: fruct. minimo praecocissimo fasciculato  
aureo, carne succosâ subacerbâ.  
Margarethenbirne, Kirschenbirne *Sickl.* I. t. 6.
- λ) *Jacobi*: fr. magnit. Juglandis, flavescenti-viridi hinc ru-  
bello, carne succosâ sapida.  
St. Jakobsbirne, Bender's Zuckerbirne. Subvar.  
major: Munkel-, Limontenbirne *Christ.*
- μ) *abietina*: fr. parvo turbinato oblongiusculo inferne  
compresso flavescenti-viridi, carne albâ haud tenerâ  
sapidâ.  
Tannenbirne, Sabin.
- ν) *aurata* *Risso* 253. 2.: fr. medio subturbinato rubro luteo-  
que variegato, carne dulci.  
Goldbirne Pom. Franc. t. 5. f. 7. — Poire Aurate  
*Nois.* t. 26.  
Folia rotundata, apice acuta; fr. hinc nitide ruber, il-  
linc pallide flavus, umbilico ampliato, carne semidiffuente  
saccharatâ.
- ο) *albida* *Risso* 258. 14.: fr. parvo pyriformi albido bre-  
vissime pedunculato, carne subfirmâ moschata.  
Kleine Blankette Pom. Fl. III. t. 55. f. 67, 69. —  
Poire petit Blanquet, P. à perle *Duh.* — Perl-  
förmige französische Weissbirne *Diel.*  
Folia subrotundata, crassiuscula, canescenti-viridia; fr.  
laevissimus, pedunculo brevi crasso, flavescenti-albidus  
v. viridulo-flavus, carne albâ semifragili. Fine Jul., Aug.
- π) *parvula*: fr. parvo elegantissime rubro flavoque gra-  
tissimo. Aug. mat.  
Knechtchens-Birne *Sickl.* VII. t. 12.
- ρ) *mellea*: fr. minimo pulchre rubro flavoque dulci. Aug.  
Sommer-Honigbirne *Sickl.* XIV. t. 5.
- σ) *silesiaca*: fr. parvo longe pedunculato flavescenti-viridi  
hinc laete rubro et rubro-punctato, aromatico-dulci.  
Kleine schlesische Zimtbirne *Sickl.* XVI. t. 15.
- τ) *Muscadella* *Risso* 255. 6.: fr. parvo subgloboso ab-  
lutescente ad solem rubente, carne firmâ moschata dulci.  
Grosse Muskateller, Frankenbirne Pom. Franc.  
III. t. 9. f. 14, c. — *Sickl.* IX. t. 17. f. A. — Grosse  
Muscadelle *Duh.*  
Fructus hinc flavescenti-albi, illinc tenere rubri, um-  
bilico profundo ampliato marginibus aequis stylisque per-  
sistentibus, pedunculo sublateralis subimmerso. Fine Jul.,  
Aug.
- β. *falerna* *Plin.* — *Dierb.* fructibus ut plurimum medioeribus  
subrotundis circa calycem tumidis, pedunculo crasso brevi



(Pyrus Achras)

profunde inserto, epidermide crassiusculâ flavescenti- viridi et flavo-punctatâ, carne semifragili semidiffuente sapidâ, odore grato.

Bergamotten \*), Hesperiden-Birnen.

P. c. 1. Bergamotta (Ruell.) Schübl. & Mart. l. c. 322. (p. p.) et x. falerna 323. (p. p.)

## 1. Aestivalia, Sommer-Hesperiden.

a) Bergamotta: fr. magno turbinato laete viridi et rubro, carne acidulâ. Sept. ineunte.

Sommer-Bergamottbirne, Pom. Franc. III. t. 28. f. 37. a, b. Weisse Mailänderbirne. — Bergamotte d'été, Milan blanc, Poire de la Beuvrière Nois. t. 30.

Subvarr. sunt: „die dünnstielige, kleine gelbe, grüne (Sickl. XIX. t. 8.), lange (Sickl. I. t. 13.), runde (l. c. t. 4.), Strassburger Sommer-Berg. (l. c. V. t. 3.).

β) ruberrima Risso 265. 29.: fr. magno subrotundato interdum turbinato obscure rubro hinc sulfureo, carne firmâ gratâ sapidâ.

Rothe Berg. Pom. Franc. t. 29. f. 38. — Bergamotte rouge Duh.

Fructus laevis, eximius, hinc fuscobubens subnitidus, umbilico parum profundo, pedunculo brevi crasso, carne fragili exquisite aromaticâ.

γ) mansueta: fr. magno subgibboso viridi fusco-punctato, hinc flavo v. rubro.

Rothe Einsiedlerin, wilde Birne, Mansuète.

δ) aurantiaca: fr. magno subrotundo apice brevissime attenuato, plus minus flavo, luteo, aurantiaco.

Pomeranzenbirnen: „bergamottartige, grosse müskirte (Pom. Franc. t. 91. f. 122.), korallenrothe (ibid. f. 124.), van Hoek's, frühe wohlriechende, braunrothe, Hamdens Pom. Birne; Muskateller Orangebirne (Sickl. II. t. 7.), runde Sommer-P. B., Brielsche, gestreifte, gelbe P. B. etc.

ε) laurea Plin. (?): fr. praecedentis, viridi.

ζ) rubra: fr. mediocri, griseo et laete rubro, carne fragili saccharatâ moschatâ.

Rothe Orangenbirne Sickl. XIII. t. 15. — Poire Orange rouge d'automne Nois. t. 31.

η) variegata: fr. mediocri, viridi fuscoque, dilute rubro striato griseoque marmorato, carne subfragili; Sept.

Tulpen-Orangebirne, Fliegenbirne Pom. Franc. t. 68. f. 88. — Poire Orange tulipée, P. aux mouches Nois. t. 39. — Subvarr.: Bigarade, „die Saintonge-Birne.“ — Sickl. XVIII.

θ) citrina; fr. mediocri citrino hinc intense rubro.

Rothbackige Citronenbirne. Sept. — Arbor robusta, feracissima.

ι) Carmelitarum: fr. mediocri turbinato viridi, citriodoro, carne deliquescente aromaticâ.

Magdalenenbirne, Carmeliter Citronenbirne; Menillon. Poire Madeleine, Citron des Carmes Duh. l. c. 124. t. 4. — Nois. t. 26. — Fine Jul. Subvarr. sunt major et minor (Pom. Franc. t. 29. f. 40.): „Brüsseler Birne (ib. t. 39.), grosse Sommer-Citronenbirne Sickl. XX. t. 6. etc.

## 2. Autumnalia, Herbst-Hesperiden.

κ) tarda: fr. majusculo turbinato depresso flavo hinc rubro-fusco, carne sapidissimâ aromaticâ.

Herbst-Bergamotte Pom. Franc. t. 30. f. 41. a, b. — P. Bergamotte d'automne Nois. t. 29. — Duh. l. c. 165. t. 21. et t. 19. f. 7.

Subvarr.: „die englische Bergamotte“ et „die holländische Goldbg.“ Pom. Franc. t. 32. f. 43.

λ) elegans: fr. subrotundo flavo hinc leviter rubescente, carne semideliquescente gratâ.

Cadetten-Bergamotte, Cadettenbirne Pom. Franc. t. 31. f. 42. a, b.

\*) A verbo turcico Begarmoud, i. e. princeps (beg) pyrorum (armoud) derivatum.

(Pyrus Achras)

- μ) *crassana* *Risso* 270. 38.: fr. magno subrotundato turbinato griseo-virescente subflavescente, carne deliquescente saccharatâ gratissima.  
*Crasanne*, *Bergamott-Crasanne*. Pom. Franc. t. 34. f. 45. t. 35. f. 46. — subvar. folio variegato: *Sickl.* VII. t. 7. — *Poire Bergamotte-Crasanne*, *Crésane* *Duh.* l. c. 166. t. 22. — *Nois.* t. 32.  
 Fructus tenuissime punctatus, pedunculo longo tenui subcurvato immerso (unde quoque nomen vern. Rattenschwanz), umbilico satis profundo, carne granulata; inter omnia fere sapidissima. Exeunte Oct. — Subvar. minor et praecocior: „Sommer-Crasanne“ *Diel.*
- ν) *vittata*: fr. subelongato viridi vittis flavis v. flavo vittis rubris striato, carne deliquescente saccharatâ aromatica. Fine Sept.  
*Schweizer Bergamotte*, *Schweizerhose* *Sickl.* VII. t. 2. Pom. Franc. t. 33. f. 44. a, b. — *Poire Culotte de Suisse*, *Verte longue panachée* *Lois.* in *Duh.* ed. nov. VI. 210. t. 68. f. 1. — Subvar.: „die lange Schw. Bg.“ *Sickl.* III. t. 6.
- ο) *Fremion*: fr. parvo viridi flavoque, carne acidulovinosâ. Oct.  
*Fremion* *Diel.*
- π) *Thonieri*: fr. subinde turbinato seladonio serius citrino, circa calycem ferrugineo, creberrime punctato, carne butyraceo-deliquescente aromaticâ dulci-vinosâ. Medio Oct.  
*Bergamotte Thonier.*
- ρ) *germanica*: fr. maximo laevi luteo viridi-punctato, carne tenerâ. Medio Sept.  
*Deutsche National-Bergamotte.*
- ο) *hildesheimensis*: fr. dilute viridi serius citrino fusco ferruginoso, crebre punctato; carne albâ succosâ deliquescente aromatico-saccharatâ subgranulatâ. Fine Sept.  
*Hildesheimer B.*
- τ) *ferax*: fr. versus pedunculum acutiusculo laevi citrino fusco-ferruginoso crebre punctato, carne albâ deliquescente succosâ dulci.  
*Volltragende B. etc.*
3. *Hyemalia*, Winter-Hesperidenbirnen.
- ο) *hiberna*: fr. magno brevi subrotundo-turbinato viridi punctato, serius flavescente; carne succosâ acidulo-dulci tenerâ molli fragili gratissima.  
*Winter-, späte, Oster-Bergamotte*, *Winterbirne*. Pom. Franc. t. 36. f. 47. — *Poire Bergamotte de Paques, d'hiver*. *Nois.* t. 33.  
*Januario maturans* — Subvar.: „graue runde Winter-Bergamotte,“ et „Pfingst-Bergamotte.“
- φ) *flavissima*: fr. specioso nitido virescente punctato tandem flavissimo hinc fuscescente, carne butyraceo-deliquescente dulci suavi gratâ.  
*Bergamotte von Soulers*. Pom. Franc. t. 39. f. 50. a, b.
- χ) *Amosella*: fructu maximo depresso dilute flavo, carne semifragili sapidissima.  
*Holländische Bergamotte, Birne von Alençon*. Pom. Franc. III. t. 35. f. 49. a, b. — *Poire Bergamotte de Hollande, ou d'Alençon, Amoselle*. *Duh.* l. c. 170. t. 25. — *Nois.* t. 34.  
 Inter omnia pyra hyemalia propter elegantiam, saporem eximium et durationem maxime aestimatum.
- ψ) *pasehalis*: fr. majusculo viridi griseo-punctato maturo flavescente, saepe verrucoso-scabro.  
*Bergamotte von Bugy*. Pom. Franc. t. 37. f. 48. *Oster-Bergamotte.*
- ω) *maliformis*: fr. maliformi saepius verrucoso fusco-viridi punctato, tandem pallido, epidermide tenui, carne albâ tenerâ aromatica.  
*Winter-Pomeranzen-, Orangenbirne*, Pom. Franc. t. 92. f. 126. — *Poire Orange d'hiver* *Nois.* t. 29.  
 Subvar. est „deutsche W. P. B., Klöppelbirne.“ *Diel.*
- aa) *regalis*: fr. subgloboso v. turbinato lacte citrino



(Pyrus Achras)

hinc rubicundo longe pedunculato, carne subflavescente subdeliquescente dulci suavissima.

Winter- Citronenbirne, königliche Winterbirne, Royale d'hiver, Spina di Carpi. *Nois.* t. 38. — *Duh.* l. c. 191. t. 35.

ββ) aulica: epidermide dilute viridi, serius citrina, laeri, ad solem saepius rubra, carne alba succosa deliquescente aromaticā saccharatā. Ineunte Dec.

Hof-Bergamotte etc. etc.

γ. *myrapia* Plin. — Pyra plerumque oblonga, calycis rudimentis profunde immersis, pedunculo crassiusculo saepius elongato; epidermide primum viridi, serius hinc flavescente illinc plus minus intense rubescente, non raro crebre punctatā; carne plerumque tenerā subdeliquescente, succo copioso dulci aromatico. — Fructus tam adpectu pulcherrimo, quam sapore exquisito et praesertim odore, Myrsiticam, Rosas, Cinnamomum, Ananassam etc. amulante insignes.Gewürzbirnen *Dierb.* — Rouselettes gall.P. c. dolabelliana *Plin.* (Schnabelbirnen: fructibus subglobosis basi acuminatis, carne fragili, pedunculo elongato; — rufescens *Pers.* (Rousselet) fructibus infra medium constrictis basi productis, carne succosa saccharatā; — oviformis (Eierbirne): fructibus ellipticis utrinque productis, carne fragili succosa saccharatā, — pompejana *Plin.* (Zuckerbirne) fructibus magnis oblongis subpentagonis, carne duriusculā granulosa saccharatā, — globosa: fructibus subglobosis, carne duriusculā granulosa acidulo-saccharatā, pedunculis elongatis. *Schübl. & Mart.* l. c. 320 — 322. (p. p.)

## 1. Aestivalia, Sommer-Gewürzbirnen.

a) rufescens: fr. mediocri subrotundo hinc fuscobrunneo, carne tenerā dulci aromaticā gratissima.

Frühzeitige Rouselette *Sickl.* XX. t. 26. — Pom. Franc. III. t. 56. f. 71. — Gelbe Sommer R. — Rousselet hâtif *Nois.* Subvarr. sunt: „die langstielige S. R. (Frankfurter Birne), müs kirte, braunrotte S. R., kleine Muskateller R.“ *Sickl.* XVIII. t. 18.β) aestatis *Risso* 259. 16.: fr. mediocri pyriformi saturate viridi hinc fuscobrunneo griseo-punctato, carne duriusculā fragili acidulā sapidā aromaticā.Grosse Rouselette, Sommerkönig. *Sickl.* XII. t. 18. — Pom. Franc. t. 56. f. 72. — Gros Rousselet, roi d'été. *Nois.* t. 30. — Subvar.: Merlet's Sommerkönig. Pom. Franc. t. 58. f. 74.Descriptio a cl. *Risso* data quoque recedit. „Fructus quoad  $\frac{2}{3}$  diametri laete ruber, caeterum flavus, crebre punctatus, pedunculo cavitati parvae gibberibus cinctae immerso, umbilico ampliato.“

γ) palatina: praecedenti similis, odore Rosarum atque sapore grato insignis.

Pfälzer Rouselette, Pfalzgrafenbirne Pom. Fr. t. 57. f. 70. a, b. — Subvar.: „die rothe Pfalzgräfin. *Sickl.* VII. t. 13.δ) elongata *Risso* 260. 18.: fr. mediocri pyriformi intense viridi v. flavescente, griseo-punctato, hinc rubrofuscescente, carne subdeliquescente moschatā gratissima.Rouselette von Rheims, kleine R. Pom. Fr. t. 58. f. 75. — *Sickl.* IX. t. 2. — Rousselet de Rheims, petit R. *Duh.* l. c. 137. t. 11. — *Nois.* t. 31.

e) stuttgartiensis: fr. parvo, infra medium subito constricto, virescente et obscure fulvo, carne subdeliquescente dulci sapidissima.

Stuttgarter R., Gaishirtle.

ς) cinnamomea: fr. parvo viridi-flavo, sapore cinnamomeo-dulci.

Kleine Zimmt-R., et subvar. Knoop's französische Zimmtbirne, tota flavescente, carne magis moschatellina.

ζ) velutina: fr. mediocri pyriformi elongato viridi, hinc subrubrescente, carne valde moschatā. Ineunte Sept.

Sommerbirne, saftige Muskateller, grüne Atlasbirne, Sommerdorn. — Poire Epine d'été,

(Pyrus Achras)

Fondante Musquée, Satin vert. *Duh.* l. c. 182. t. 30. — *Nois.* t. 37.

Subvarr.: „der punktirte, der rothe (Pom. Fr. t. 22. f. 27.), der grüne Sommerdorn, die lange grüne und die graue Sommerbirne (graue Ambrette) *Christ.* gelbe Sommerherrbirne, grosse britannische Sommerbirne, gestreifte schönste Sommerbirne, gelbe Sommer-Prinzessinbirne *Diel.* die schönste Sommerbirne *Sickl.* IX. t. 1.“ etc.

7\*) *aurantia* *Risso* 264. 25.: fr. medio subgloboso ruberrimo albo-rufescente viridi-punctato, carne subduriuscula saccharatā moschatā.

*Pyrum* breve pedunculatum, hinc laete corallinum, illinc flavescenti-album viridi-punctatum; carne subfragili. *Exeunte* Aug.

8) *formosa* *Risso* 264. 26.: fr. magno pyriformi apice subcostato pallide citrino: carne firmā subsaccharatā subsapidā.

*Belle d'été.* Rami longi, rectiusculi; folia crassa, subrotunda, longe petiolata. Fructus rotundatus, superne ad  $\frac{2}{3}$  subglobosus, tunc in pedunculum longum sublateralem cavitati parvae hinc elevatae subimmersum pyramidali-attenuatus, latere exposito parum rubellus, circa umbilicum costulis prominulis cinctus. Semina nigrescenti-fusca. Medio Jul.

9) *Magdalena*: fr. parvo subrotundo viridi non flavescente, carne sapidissimā.

*Grüne Sommer-Magdalene* *Sickl.* I. t. 10.

10) *Noisettiana*: fr. medio oblongo citrino hinc subgriseo, carne deliquescente dulci subaromaticā.

*Passe-Magdalène* *Noiss.*

x) *arenacea* *Risso* 262. 21.: fr. mediocri turbinato flavo hinc saturate rubro breviter pedunculato, carne subfirmā arenosā sapidā.

*Sommer-Zwiebelbirne, Erzherzogsbirne, grosse Zwiebelbirne* (*Sickl.* IX. t. 13.), et subvar. maliformis: deutsche Zw. Pom. Fr. t. 59. f. 77, 78. — *Poire Oignonnet, Archiduc d'été, Amire rouge, Poire Ognon.* *Nois.* t. 27.

11) *bellissima*: fr. magno ficiformi v. cucurbitaceo nitide rubro-striato elegantissimo, carne aromaticā subbutyraceā gratissimā tenerā dulci. *Exeunte* Jul.

*Sommerwunderschöne.* Pom. Fr. t. 61. f. 80. — *Poire Bellissime d'été, Suprême* *Poit.* — Subvarr.: „*Carminbirne*“ et „*Sommerblattbirne*“ *Diel.*

12) *Robina*: fr. mediocri breve turbinato crasse pedunculato, flavo-punctato, hinc laete rubro, carne semifragili saccharatā moschatā.

